in paupertate maxima posita non haberet quid comederet
et quasi fame moreretur subito velut lepus et ponebat se
in suo gremio denarios ibi evomit et statim fugiens
disparuit. Ex qua pecunia mulier per magnum tempus sumpsit
vite necessaria. Tercio est bonum excitativum. Refert Jacobus
quod cum quidam consideraret quomodo et quare homines ex verbo dei pro- 3
venerint, rogavit deum ut ostenderet sibi quomodo demon gerere(?) dignaretur
ut magis in sermone dormirent. Cum autem abstinuisset et sermonem
verba confitacionis proponeret vidit quod primum et tercio ibat
per capita inveniens claudentes oculos ad provocantes
ad dormiendum. Similiter et ceteros per sermonem proposuit
sociorum vidit demones invenies provocantes
Quarto est vite restaurativum. Legitur in miraculis sancti pauli 4
quod cum semel predicaret cesaris cum magna complacencia
predicatoris sancti pauli audiret aliquantulum obdormiens
cecidit de quadam fenestra. Cum autem mortuus putatus
fuisset sancto paulo ait in virtute dei tibi precipio quod sur-
gas. Qui statim revixit et clamavit toti populo ait fra-
tres audite libentissime verbum dei. Quia verbum dei est da-
pifer mense eius, est dispensator thesauros eius, est me-
dicina curans omnes infirmitates, est fons saliens
in vitam eternam, est radix arboris ex qua fuit vita
Quinto est demonum fugativum. Refert Jacobus de vitria- 5
co quod cum quidam abbas cum quodam monacho litterato rede-
ret de suo capitulo, cum in quadam silva intrassent
occurrunt eis monachi ipsos rogantes quatinus ad eorum
monasterium declinarent. Qui euntes abbatem pulcer-
rimum invenerunt alias eis ignotum cum magna multitudine
monachorum et rogantes monachi illi abbatem ut eis verbum
confitacionis proponeret. Cum post matutinas ad hoc faciendum
intrasset capitulum sermonem de angelis eius proposuit
et loqueret de ordinibus eorum, pereuntes (?) ad ... monachorum
exivit capitulum. Et cum abbas hoc videns mona-
chos quereret quare recederent ~~viderunt~~ quidam nos fecimus

qui tradit de illis ordinibus et ideo isti non valen-
tes facere verba sua sunt ~~[struck]~~ dicentes quia loquebantur
tur de illis ordinibus recedebat Nos autem sinug
de superioribus ordinibus nolumus plus te audire et
statim tota illa abbatia evanuit. et sic abbas cum
6 suis invenit se inter paludes et deserta Sexto est
peccatoris expulsivum Refert Cesarius quod cum quereret
a beato Bone quod maliciam et duriciam cordis posset
reprimere ~~respondit~~ ut durus lapis ut mollis
aqua et gutta sepe cadendo lapidem penetrat sic
verbum dei nichil venenosum recipere ut clavus
vel putridus fontem et fons expellit venenum ser-
pentis cornicula certum pennas rostrum et aquile in
tres. Sic verbum dei Refert Cesarius quod quidam
ad patrem accedens conquerebatur quod verbum dei libenter
audiret sed statim obliviscebatur ut aliquid retinere
potuit. Volens ei patefacere tradidit ei calamum
inductum fumo et fuligine denigratum precipiens
ut ad fontem iret et plenum aqua portaret qui
vadens et frequenter in fonte immergens dum nil
ibi remaneret de aqua ad patrem tristis abiit Cui
pater noli tristari fili mi. quia si non plenum
aqua portasti saltem inductum calamum reduxisti sic
verum est de verbo dei quod licet non retineat saltem animam
abluit quam per ea tristis Septimo est meritorum accumu-
7 lativum Refert Cesarius quod quidam pater videbat in
sompnis quod de eius ore vitis exibat pulcerrima
totam terram implens et diversis volucres celi
de eius fructibus comedebant tanto uberiores
et copiosiores erant quanto angeli ad eum descen-
dentes tradiderunt de manu eius librum ut et
fratres scriptum dicentes Hec tibia est multum portans
atque sit ibi ... tot cuiusque ad deum dicentes Octavo
8 est mirantium creatum Refert Cesarius quod cum quidam
ad abbatem felicem venisset ut ab eo verbum edificationis
audiret sic ait Sin rupe magis verbum fructificat
ymo prudens fatuus reputatur nec in fluxu aque
nec in aere sed in terra culta et bona. et ideo quia isti
... pro hoc adducti sunt quod dicens rupes pro tantos
et in media sunt quod dicens aque per corruptionem et in-
medicina sunt quod dicens aeris pro vanitates et superbias
ideo in eis non fructificat verbum dei. sed in terra culta
aratro penitentie dei fructus optimos producit Item
legenda de Barlaam Refert Barlaam ad filium

regis ioseph venisset dixit se lapidem virtutis mira-
bilis habere contra omnes infirmitates contra venenum
contra senium. Cum autem ille lapis ab omni quereret respondit
Barlaam iste lapis sanctus preciosus est verbum dei qui portatus
in anulo bonitatis cordis omne peccatum expellit ac vene-
num malicie fugat vetustatem erroris depellit et omne
vulnus languoris [illegible] mortis claudit et sanat. Nono est
vitium cognatum vitio zelos. Unde cum quedam inmuncta
virgo devotionem maximam ad verbum dei audiendum haberet
et de ecclesia ad ecclesiam discurreret, quidam nobilis eius pulchritudine
captus eam ad corruptionem sollicitat quod nullo modo consenciens.
Cum semel ad sermonem iret ipse cum equo post eam ascendens
ut ipsam raperet. Tunc illa attendens cum lacrimis deum orabat
ut pro virtute verbi sui ad virginitatem suam illesam preservaret
statim quod dictus est. Incurrit subsidium et virgo adhesit ca-
piti equi et precipitans [illegible] in aquam submersit.
Cum autem virgo audito sermone deum rogasset ut propter
virtutem verbi sui sceleratum resuscitaret, post paululum ille surre-
xit et miserabilia de inferno et de utilitate audiendi verbi
dei narravit. Unde quidem [illegible] ignorans cum predicabat quod
de deo [illegible]. Tunc fuit quedam senex qui [illegible] sermones
nostros ad sermones in civitate deceptus propter quod lectas se
portare faciebat pro verbo dei et predicatione sancta audienda.
Accidit semel portatus in regressu portantes conterentur
et in pede [illegible] mortem quiescendo dormierunt. Cum
evigilati fuissent invenerunt se in suo loco a quo propter quod
lectas distabant etc.

Virginitatis multa bona inveniunt in pro nobis primo
est dei amativa. Refert cesarius quod tunc quedam
virgo monasterium monialium intrasset ut per-
fectius melius posset suam custodire virginitatem
fingens se fatuam viliora et indigniora ceteris
monasterii officia et iniuncta operabatur. Cum hoc per multos
annos cum mirabili humilitate complevisset ut in mensa
comedisset nec calciamenta portasset nec velum in capite
angelus domini cuidam heremite apparuit dicens Vade ad
tale monasterium et invenies ibi mulierem iunceos portantem
super caput panno fracto. Illa enim melior est vita quam
tua. Nam diebus ac noctibus contra cor suum pugnat et propter
hoc a deo recedit. Cum autem cum magno gaudio heremi-
ta illuc venisset vocatis monialibus omnibus cum illa deesset
supplicat ut omnibus ullam excepta veniret et cum illa
venisset et eam vidisset cum signo dato ab angelo
ad pedes eius prostratus eius benedictionem petebat. Illa ab here-
mita idem fieri petebat. Cum autem moniales here.

unde dicebant quod fatua esset ut cum deberet hoc
facere ait heremita vobis omnibus esset fatue non ista
Et narrabat eis quod ei fuerat revelatum ab [illegible]
potestate veniam petebat de illusionibus et verberibus ei iniuste
factis. Ergo est virtutis ostensiva. Refert Cesarius quod cum
quedam virgo nolens ydolis sacrificare ad lupanar ducta
fuisset. leo quidam per medium civitatis intrans et transiens
iuxta eam se ponens et a corruptione eam servavit.

Tercia est demonum amativa. Refert Cesarius quod cum
quidam usurarius et simul avarus moreretur et suis
uxori supplicavit ut in terra magna poneretur
cum eciam sepeliret poneret magnam pecunie quantitatem
que iussa complevit. cum parentes defuncti quadam
nocte ad eius tumulum venissent ut iam pecuniam extraherent
viderunt duos demones tenentes pecuniam liquefactam
quam ingerebant sive infundebant per os eius. Item refert Cesarius
quod cum quidam usurarius moreretur vidit campum plenum demonibus
nigri specie corvorum et cum morti appropinquabat clama-
bat dicens modo sunt super tectum modo sunt infra domum
modo intrant cameram modo tangunt lectum modo sunt
super pectus meum [illegible] cor et statim mortuus est. Quarto est
peccatorum retentiva. Refert Cesarius quod Parisius fuit quidam usura-
rius qui compunctus rogavit quendam ut eum doceret quomodo
salvari posset et quia de usuris erat eciam fateri pro-
ponebat. Cui dixit Vade per vicos et plateas
clamans ut lesi per te et defraudati ad te veniant
et te expolient omnibus bonis tuis in pena omni-
um iniuriarum et omnia restitue. et nisi ita feceris a te
nullam pecuniam deleo. qui complens omnia et per medium
per plateas ita tenens clamabat dum esset per vicos sic
[illegible] mea pecunia. Item refert Cesarius quod quidam usurarius
compunctus omnia bona sua pauperibus erogavit. Cum autem
quidam sacerdoti dixisset iussit sacerdos infra saccum
ponere de elemosinis taxatis. et cum intrasset in usura-
rius saccum apparuisset invenit eum plenum bufonibus.
Tunc sacerdos ait Tales elemosine quas de alieno
dedisti. Usurarius vero dixit ei Quid ergo debeo facere
ut sim salvus. Tunc sacerdos: Cognosco non habes de
quo satisfacias. includam te in archa cum istis bufonibus
ut per unam noctem iaceas cum eis. Tunc usurarius
acquiescens. intrasset sola ossa sunt inventa et illis
effulget miraculis ut eius sepulcrum [illegible] a [illegible]
[illegible] Item refert Iacobus de Vitriaco quod cum quidam

vsurarius moreret nolens propter sua vendere ...
vsuras restituere largas elemosinas erogauit et
suis heredibus precepit vt restituerent & fecerunt facto
suis. Cum mortuus ad sepulturam portaretur cum in medio
platee processio obuiaret. Due aquile descenderunt
et eum eleuatum portauerunt vt nunquam de celo comparuit
Hoc est dei iudicium. Fuerunt duo vsurarii quorum vnus
infirmatus alter vero correptus est. et cum correptus aliud
visitasset ait Deus tibi mandat per meas clausas
vt te corrigas. Alter vero promittens emendacionem cum fuisset
sanatus et peiores vsuras prioribus exercet. Deus sibi
visum abstulit. Cum socius correctus dixit ostendit littere
apte quibus deus correxit te et cum nec sic desisteret
medietatem corporis per paralisim amisit. Correctus est
conuersus inducens dictis patribus de vita eius quod sola
in suo fine voles omnibus quod confusibilis esset vsura
ait Surgat vt accipiet bona mea dei cum surgeres
acceperunt et destruxit per omnia ministeria perstatur
generaret omnibus bonitatem dedit. Alio vero dixit Surr
gant vsurarii ad iudicium et cum ibi multi essent
[illegible] se omnes absconderunt ne viderentur
quibus secretus dixit heu miseri quid facietis in
extremo iudicio cum mala vestra demonstrabuntur coram
omni creatura. Alle [illegible]. Cum quidam vsura
rius esset mortuus et nullomodo de camera [illegible]
posset vt ad sepulturam portaretur sciunt sacerdotes [illegible]
tarum multum se mutuo diligunt et ideo elegantes
quatuor vel septem vsurarios scilicet et rogauerunt eos
vt ipsum portarent cum statim corpus sumentes eleua
uerunt et ad sepulturam portauerunt. cum autem
nullus hoc facere posset. Alle in speculo exemplorum. Cum
cuidam vsurario negata fuisset ecclesiastica se
pultura et amici sui vellent eum in campo sepe
lire Basilius [illegible] dixit Ex quo rex cele
stis expulit eum de terra sua nunquam rex terrenus
recipiat eum in suam. et dimittetur eum volucres ce
li deuorauerunt illud. Alle le [illegible]. Cum quidam
vsurarius esset mortuus. et sacerdos nollet eum sepe
lire intra sancta fuit cum sua vt super asinum im
poneret qui in cimiterio pascebatur vt [illegible] eum
portaret ibi sepeliret. Cum statim eum ad patibulum
portauit vbi suspensus vel sepultus est. Et hic est finis.

De A
Abstinencia
Accidia
Adulacio
Adulterium
Advocatus
Ambicio
Amicicia
Amor
Angeli
Apostoli vel eorum
Avaricia
Audita verbi
De B
Baptismus
Ballivus
sive rector
Bellum
Beneficia cle
Rustica
Blasfemia
De C
Cantus vanus
Caritas
Castitas
Clerici
Cogitacio
Conversa
Compassio
Altercacio
communionem
Confessio
Confessor
Conspiratus
Consuetudo
mala
Consolatio
Contemplacio

Contricio
Convivium
Corea
Correctio
Corpus Christi
Crux
Crucesignati
De D
Deceptio
Decime
Delicie
Desperatio
Detractio
Diabolus
Diligere
Discipulus
Divicie
De E
Ebrietas
Elemosina
Eucaristie sacramentum
Executor
Excommunicatio
Exemplum
De F
Femina
Fides
Filii et filie
Furtum
De G
Gloria dei
Gratiarum actio
Gula

De H
Heresis
Histriones
Hospitalitas
Humilitas
De I
Iactancia
Incarnacionis
virtus
Indulgencie
Invidia
Ira
Iesus
Iudicium
extremum
De L
Locutio
Ludus
Luxuria
De M
Maria
Matrimonium
Medicus
Mendicantium
Mercator
Miles
Misericordia
Missa
Mors
Mulier
Murmur
Mundus
De N
Negligencia
De O
Obediencia
Oracio
Ornatus
De P

Paciencia
Passio Christi
Paupertas
Pax
Peccatum
Peregrinacio
Penitencia
Peregrinatorum
Periurium
Perseverancia
Predicator
Prelatus
Princeps
Pueri
Purgatorium
Sequitur de R
Rapina
Religiosus
Restitucio
De S
Sacerdos
Sapiencia
Satisfactio
Silencium
Sompnus
Sortilegus
Superbia
Suspicio
De T
Tactus sensus
Temptacio
Testimonium
De V
Vana gloria
Verbum dei
Virginitas
Usura. Et
sic est finis
huius regi
stri Amen

In principio erat verbum / Deus erat verbum In
principio erat verbum / et verbum erat apud deum / et deus
erat verbum Omnia autem per ipsum omnia facta
essent in creatione. Verbum factum est caro / ut omnia
per ipsum fierent in creatione Johannes primo Cum
autem desponsata esset virgo maria viro Joseph
Math primo Missus est angelus Gabriel a deo
ad virginem desponsatam dicens Ecce concipies et
paries filium Illa credens ait Ecce ancilla domini
et concepit de spiritu sancto Luce j° Cumque cum inve-
nisset Joseph habentem de spiritu sancto voluit
occulte dimittere eam Sed hec eo cogitante
apparuit ei angelus dicens Noli timere accipe
coniugem tuam Mt j° Eo tempore exiit edictum a
Cesare augusto ut describeretur universus orbis / ad
quam descriptionem ibant singuli in civitatem suam
ascendit ergo et Joseph cum maria desponsata
sibi uxore in bethleem ubi virgo peperit et na-
tum in presepio reclinavit Luce ij° Nato itaque nocte
domino apparuit stella magis in oriente Mt ij°
Eadem quoque nocte angelus pastoribus apparuit
annuncians eis gaudium magnum natum scilicet
salvatorem mundi qui venientes in bethleem
cognoverunt de verbo quod dictum erat eis
Luce ij° Et post octo circumcisus est puer
et vocatum est nomen eius Jesus Luce ij°
Transactis autem diebus tredecim venerunt magi
in Jherusalem querentes ubi est qui natus
est rex Judeorum Herodes quoque edocti a scribis quia in
bethleem Christus nasciturus esset Profecti
sunt in bethleem ductu stelle quam viderant
et intrantes domum invenerunt puerum et ado-
raverunt eum / munera quoque ei obtulerunt Mt ij°
Completis autem purgationis diebus Marie Symeon
vir iustus qui responsum acceperat a spiritu
sancto non visurum se mortem nisi videret
christum domini Et cum inducerent puerum pa-
rentes in templum / accepit eum Symeon in ulnas
suas dicens Nunc dimittis etc Luce ij° Et cum
perfecta essent ea que secundum legem erant imp-
lenda reversus est Joseph cum puero in Nazare-
th Luce ij° Tunc apparuit angelus Jo-
seph dicens Surge accipe puerum et matrem

eius et fuge in egyptum futurum est enim ut herodes
querat puerum ad perdendum eum qui consurgens
secessit in egyptum Mathei ii° Et tunc occidit
omnes pueros qui erant in bethleem et omnibus
finibus eius a bimatu et infra Math ii° Mansit
autem Joseph cum puero et matre in egypto sep-
tem annis Et tandem mortuo herode monitus
Joseph per angelum redit in Nazareth cum maria
et puero. puer autem crescebat et confortabatur plenus
sapientia luce ii° Cum autem factus esset annorum duo-
decim ascendit in ierusalem cum parentibus ad diem
festum remansit que in ierusalem et non cognoverunt
parentes eius inventus que post triduum sedens
inter doctores ubi dixit ei mater fili quid fecisti
nobis sic Descendit que cum eis et erat in nazare-
th subditus illis. Et ihesus proficiebat etate et sapientia coram
deo et hominibus luce ii° etc. In illis diebus predicat
Johannes baptista penitenciam in remissionem peccatorum
et baptisat etc. Mt iii Mr i° luce iii° Eo tempore erant
tres secte iudeorum a quibus vita hominum et opinione
distantes scilicet saduceorum phariseorum et esseorum pharisei
pharisei filateria cartarum qui decalogus erat inscrip-
tus scriptis in brachiis et in fronte et spinas in
fimbriis ferebant dicentes se magis in alia vi-
ta usque ad resurrectionem tractare dicebat Sa-
duceorum negabat resurrectionem putantes animas cum corporibus
interire Esseorum vita arta quasi monachi dicebat omnes
animas a principio creatas prius incorporandas hos ob argue-
bat Johannes dicens Genimina viperarum etc. Mt iii° luce
iii° et tunc interrogaverunt eum pharisei Si esset cristus
vel helias vel propheta qui dixit se vocem clamantis
in deserto Johannis i° Tunc ihesus incipiens quasi
annorum triginta venit a galilea et baptisatus est a Johanne
et aperti sunt celi super eum et vox patris audita
est etc. Mt iii° Mr i° glosa magistralis Tunc statim ductus est in
desertum a spiritu ubi ieiunavit et tentatus est a dya-
bolo etc. Mt iiii° luce iiii° Mr i° Post hoc vidit Joha-
nes ihesum ambulantem et dixit ecce agnus dei Jo-
i° et audientes duo quorum unus Andreas secuti sunt
eum Andreas vero adduxit fratrem suum Symonem cui
imposuit dominus Cephas nomen seu petrus Jo i° In
crastino vocat dominus philippum et dixit ei sequere me
Johannis ii° Die autem tercio facte sunt nuptie in Chana
galilee ubi convertit ihesus aquam in vinum quod fuit
inicium signorum eius publice factorum Johannis ii°
Et in primo pasca ascendit Jerosolimam et eiecit

vendentes et ementes de templo Johannis ij° Cum aut
inde exiens ambularet iuxta mare galilee et turbe irr-
uerent in eum ascendit in nauiculam symonis et docuit
de nauicula turbas et dixit petro vt laxaret
recia in capturam qui conclusa multitudine piscium
procidit ad genua ihesu dicens Exi a me domine
Luce v° Post hoc venit ihesus in Nazareth vbi die
sabbathi in ysaya legit Spiritus domini super me
Luce iiij° Post hoc iuit in Judeam et discipuli eius
baptisabant baptisabat etiam Johannes in Enon iuxta
Salim et remittebat multos ad ihesum Unde turbati
sunt discipuli Johannis inuidia quos redarguit Johannes
dicens Illum oportet crescere Johannis iij° Cum
arguebat herodem Johannes propter herodiadem propter
ea incarcerauit eum herodes Matthei xiiij° Marci vj° Cum
audiret ihesus reliquit Judeam et abiit iterum in Ga-
lileam et habitauit in Capharnaum in finibus
zabulon et nepthalim et cepit predicare penitentiam
agite Matthei iiij° Marci j° Et hic fuit annus predicationis
sue primus In quo cum sequerentur eum turbe ascen-
dit in montem et aduocans discipulos docuit eos di-
cens Beati pauperes spiritu Matthei v° Luce vj° Ibidem
[illegible] fecit magnum sermonem precepit quod discipuli
vt predicarent et dedit eis potestatem eiciendi demones
[illegible] Matthei x° decimo et vndecimo capitulis
Cum autem descendisset de monte curauit leprosum
cui ait Vide nemini dixeris Matthei viij° Marci j° Luce v°
Et cum intrasset Capharnaum curauit sanauit puerum
centurionis Matthei viij° Luce vij° Ibidem ingressus synagogam
eiecit ab homine spiritum immundum Marci j° Luce iiij° Et
primus egrediens de synagoga intrauit in domum
petri et sanauit socrum eius Matthei viij° Marci j° Luce iiij°
Inde recedens intrauit ciuitatem Naym et suscitat
ante portam filium vnicum matris sue Luce vij°
[illegible] sero de jo et offerebant ei infirmi
et sanabat omnes Matthei viij° Marci j° Luce iiij° Post hec
rogabat eum quidam phariseus vt manducaret cum illo
et ingressus domum discubuit vbi mulier peccatrix
attulit cum alabastro vnguenti et stans retro secus
pedes ihesu lacrimis cepit rigare etc vbi dimissa sunt
ei peccata multa Luce vij° Et accessit vnus scriba dicens
Magister sequar te. cui ait vulpes foueas habent Matthei
viij° Luce ix Alteri vero dixit sequere me, at ille di-
mitte me sepelire patrem meum, cui dominus
dimittas mortui mortuos sepeliunt Matthei viij° luce ix
Tercius vero ait sequar te sed permitte renunciare hiis qui
domi sunt Cui dominus Nemo mittens manum ad aratrum

Et aspiciens retro aptus est regno dei luce ix. Tunc ascen-
dit in naviculam et dormivit / sed orta tempestate ex-
citatus est a discipulis et imperavit ventis et
mari et facta est tranquillitas mt viii° mr iiii°
luce viii° Cum autem venisset transfretando in regionem
Gerasenorum occurrerunt ei duo demoniaci quorum unus
adoravit eum dicens et quid nobis et tibi fili
dei venisti ante tempus torquere nos mt viii° mr
v° luce viii° Et misit demones in porcos quem
indigene rogaverunt ut transiret a finibus eorum
mt viii° mr v° luce viii° Deinde autem quidam civitatis fricat
rogabat ipsum ut sequeretur eum / Cui dixit dominus
vade in domum tuam quod et fecit et abiit in de-
capolim et narrat suis mr v° luce viii° Jhesus
igitur ascendens in naviculam redit in civitatem
suam scilicet Capharnaum ubi sanat paraliticum
a quatuor viris per tegulas dimissum mt ix° mr
ii luce v° Inde autem descendens in Judeam vidit
levi alphei sedentem in teloneo nomine mathe-
um quem vocavit et secutus est eum mt ix°
mr ii luce v° Cum vero rediret in Galileam tran-
siens per Samariam venit ad puteum ubi sermonem
habuit cum muliere samaritana Johannis iiii°
Inde veniens in Chana Galilee rogatus est a re-
gulo ut sanaret filium eius qui incipiebat autem mori
Cui dominus filius tuus vivit et sanatus est puer
ex 1a hora Joh iiii° Post hoc levi fecit convivium
domino in domo sua in quo publicanis et pecca-
toribus cum ihesu discumbentibus reprehendebant hec iudei
et pharisei mt ix mr ii° luce v° Arguebant
etiam ibi discipulos quod non ieiunarent. quos dominus
excusat dicens Non possunt filii nupciarum quamdiu cum
illis est sponsus ieiunare mt ix mr ii° luce v°
Post hoc phariseis petentibus signum responsum est
a domino generacio prava et adultera signum querit
et addidit dominus de regina austri et de ninivi-
tis mt xii° luce xi Tunc extollens quedam
mulier vocem de turba dixit Beatus venter qui
te portavit Cui dominus quin immo / luce xi Et cum
quererent eum mater et fratres eius ait Quicumque
fecerit voluntatem patris mei etc et extendens
manus super discipulos dixit Ecce sunt fratres mei
mt xii° mr iii° luce viii° Adhuc eo loquente
princeps nomine Jairus accessit et pro filia intercessit

Mathei ix° Mr v° Luce viij° Et cum veniret ad suscitan=
dum eam mulier quedam sanguiflua tetigit
fimbriam eius et curata est Mt ix° Mr v° Luce
viij° Post hoc ingressus domum archisinagogi
filiam eius suscitavit Mt ix° Mr v° Luce viij° Et
inde venit in domum suam nazareth et duos
cecos illuminavit mutum etiam demoniacum a demo=
nio liberavit Mt ix° Cum autem laudaret eum
turba pharisei dicebant In belzebub principe
demoniorum eicit demonia Mt xii° Mr iii° Luce xi°
Quos multiplicater redarguit Dominus loquens
de regno diviso et de vasis fortis armati Mt
xii° Mr iii° Luce xi° De peccato quoque blasphemie
in spiritum sanctum et arbore bona et mala et de
thesauro bono et malo proposuit parabolas
Mt xii° Post hoc intravit in quoddam castellum
et mulier quedam Martha nomine excepit illum
in domum suam ubi Martha ministrabat Maria
autem soror eius verbum audiebat Luce x°
Cum autem Johannes cum audisset in vinculis
opera Christi misit ad eum duos discipulos suos dicens
Tu es qui venturus es etc. ubi commendat Johan=
nem Christus multipliciter vocans eum plus quam prophetam
et angelum ante faciem suam missum et quod inter=
natos mulierum maior eo non surrexit Math xi°
Luce vii° Post hoc designavit Dominus
et alios septuaginta duos discipulos et misit
eos binos ante faciem suam Luce x° Cum reversi cum
gaudio dixerunt Domine demonia subiciuntur
nobis in nomine tuo quibus ait Nolite gaudere
super hoc sed quia nomina vestra scripta sunt in celis
Luce x° Tunc exultavit Dominus dicens Con=
fiteor tibi domine pater celi et terre quia abscondisti
hec a sapientibus Mt xi Luce x° Post hoc statim in
sabbatho factum est cum transiret dominus per sata
discipuli evellebant spicas et manducabant et
quos cum arguerent pharisei excusavit eos dominus
Mt xii° Mr ii° Consequenti autem sabbato curavit hominem
habentem manum aridam Mt xii° Mr iii° Luce vi°
de quo pharisei consilium faciebant adversus eum
quomodo eum perderent Mt xii° Sciens autem hoc

Ihesus exiit in montem orare ubi pernoctavit in oratione
Luce 6to Mane autem facto vocavit discipulos suos
ipse nominibus quos elegit apostolos sedenterque eo secus
mare congregate sunt ad eum turbe tam ascendens
in naviculam proposuit parabolam seminantis Mt 13o
Mr 4to Luce 8vo Post proposuit parabolam semi-
nantis bonum semen cum superseminantis superseravit
inimicus zizaniam Mt 13o Mr 4o Statim post
hec proposuit parabolam de grano synapis Mt
13o Mr 4to Post hec proposuit parabolam de fermento
abscondito in tribus satis farine Mt 13 Lu. 13o
Et tunc discipulis querentibus cur in parabolis loquere-
tur Respondit ut videntes non videant et audientes
non intelligant et exposuit eis parabolam seminantis
Mt 13o Mr 4to Luce 8vo Post hec dimissis turbis
venit in domum et exposuit discipulis parabolam ziza-
niorum et alias proposuit parabolas de thesauro abs-
condito in agro et de inventa et empta margarita
et de sagene missa in mare Mt 13o Et hec
sunt que fecit Ihesus anno predicationis sue secundo
Anno vero sexto transit in patriam suam cum disci-
a
pulis cum predicaret unde dicunt iste sapientia
Nonne hic filius fabri est [illegible]
Respondit Nemo propheta acceptus est in patria Mt
13o Et cum proposuisset eis similitudinem de
vidua Sareptana ad quam solam tempore famis Helyas
missus fuerat exacerbati eum ex civitate duxerunt
ut precipitaret cum Lucemio Eo tempore Herodes mi-
sit decollare Johannem baptistam Mt 14o Marci
6o audiens autem Herodes famam de Ihesu et dubita-
bat an esset Johannes qui surrexit a mortuis
et querebat videre eum Mt 14o Marci 6o Luce 9o
Quo audito Ihesus secessit in locum desertum et secuti
sunt eum turbe et fecit eos discumbere super
fenum ubi de quinque panibus et duobus piscibus
saciavit quinque milia hominum Mt 14o Mr 6o Luce 9o
Ihesus autem cognoscens quod homines vellent eum facere
regem Johannis 6o fugit et ascendit in montem
solus orare Mt 14o Mr 6o [illegible] Luce 9 Joh
6o Discipuli autem erant in mari et navicula
iactabatur fluctibus et quarta vigilia venit Ihesus
ambulans super mare discipuli vero putabant fanta-
sma esse Mt 14o Mr 6o Tunc Petrus ivit ad

eum super aquas ubi videns ventum validum timuit
et cepit mergi et cetera Mt xiiii° Cum autem ihesus ascen-
disset in naviculam cessavit ventus Mt xiiii° Luc
vi° Venerunt ergo ipse et discipuli eius in terram Gena-
sareth per bethsaidam Mt xiiii° ubi attule-
runt in grabatis et in lectis qui male habebant
eos Mr vi° Altera die venerunt turbe ad eum miran-
tes quomodo illuc venisset et comedantes
cibum quem de celo eis manna proferebat quibus
dominus ait ego sum panis vivus qui de celo
descendi si quis manducaverit ex hoc vivet
in eternum Johannis vi° Dicentibus eis signum
quo ut sic dare nobis carnem suam ad man-
ducandum Respondit dominus Nisi manducaveritis
carnem filii hominis et cetera Joh vi° Tunc ubi multi
audientes abierunt retrorsum dixit ihesus ad duo-
decim Numquid et vos vultis abire Cui petrus
Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes et
tunc dixit illis ihesus Nonne [illegible] ego vos ele-
gi et unus ex vobis dyabolus est Johannis vi°
Eo tempore rogavit eum quidam phariseus ut pranderet
apud eum Luce vi° Et pransus est ipse et discipuli
eius Non lotis manibus quod cum pharisei arguerent
ait dominus Quod intrat in os non coinquinat
hominem et probat eos ypocritas et transgressores
mandatorum dei Mt xv° Mr vii° Inde abiit in
fines Tiri et Sydonis ubi sanavit filiam Chana-
nee que a demonio vexabatur Mt xv Mr vii° Post
hoc accesserunt ad eum multe turbe secum mutos
claudos et alios plurimos debiles quos proiecerunt
ad pedes eius et curavit omnes Mt xv Et exiens
inde venit per Sydonem ad mare Galilee inter medios
fines Decapoleos ubi sanavit mutum et surdum
digitos in auriculas ponens sputo linguam tangens
et dicens Effeta quod est adaperire Mr vii° Post hoc
facto ascendit ierosolimam ad diem festum pentecostes
Erat autem ierosolimis probatica piscina quinque porti-
cus habens ubi sanavit in sabbato languidum triginta octo
annis infirmatum Johannis v° Dixit autem ei
dominus Tolle grabatum tuum et ambula Et propterea
sequebantur eum Judei quia fecit hec in sabba-
to Ihesus autem dixit eis Pater meus usque modo operatur
et ego operor Et subdidit ibi multa de se et de
patre suo et de antichristo venturo Judei autem
querebant eum occidere quia patrem suum dicebat

Deinde Johannis vj° Iterum post hec abiit Jhesus trans
mare Galilee in desertum ubi de septem pa-
nibus et paucis pisciculis saciavit quatuor mi-
lia hominum Mt xv° Mr viij° Et ascendens in navicu-
lam cum discipulis venit in partes Magedan ubi docuit
eos cavere a fermento phariseorum Mt xvj° Mr viij°
Luce xij° Deinde venit in partes Cesaree
Philippi et interrogavit discipulos suos dicens
Quem dicunt homines esse filium hominis
Cui Petrus Tu es Cristus filius Dei vivi Precepit
eis ne cui dicerent quia ipse esset Cristus et predixit eis
passionem et resurrectionem suam Luce ix Petro vero dicente
Absit a te domine redarguit Mt xvj° Mr viij° Dein
discipulis suis et turbe dixit Si quis vult venire
post me abneget semetipsum Mt xvj° Mr viij° Luce
ix et post dies sex vel secundum Lucam post dies octo
assumpsit Jhesus Petrum et Jacobum et Johannem et
duxit eos in montem excelsum Tabor ubi transfi-
guratus est ante eos Mt xvij° Mr ix° Luce ix Descen-
dens autem de monte venit ad turbas et salutatus est
Sequenti vero die sanavit lunaticum quem discipuli sanare
non poterant Mathei xvij° Mr ix Luce ix Deinde venit
Capharnaum ubi misit Petrum piscari et invenit
staterem in ore piscis tollens tributum in theloneum Mt xvij°
In illa hora accesserunt discipuli ad Jhesum dicentes Quis pu-
tas maior est in regno celorum De maioritate enim ipsi
contenderant in via Propterea statuit parvulum in medio eorum
dicens Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in re-
gnum celorum Mt xviij° Mr ix Luce ix Post accedens Jo-
hannes dixit Magister vidimus quemadmodum quendam in nomine
tuo eicientem demonia qui non sequitur nos et pro-
hibuimus eum Cui dominus Nolite prohibere eum et cetera
Mr ix Luce ix° Post hec proposuit de scandalis Mt
xviij Mr ix Luce xvij Post proposuit parabolas de ove centesi-
ma Mt xviij° et de decima dragma inventa et de
filio prodigo Luce xv° In quibus ostendit fieri gaudium
in celo de pusillis et peccatoribus penitenciam agentibus Post
hec subdit de fratre corripiendo et adiunxit quodcumque
ligaveritis super terram erit ligatum et in celis Statim
quesivit Petrus si dimittet fratri suo usque ad
septies Cui dominus Non dico tibi Petre usque septies
sed usque septuagesies septies Mt xviij° Luce xvij°
Et ad probandum quociens dimittendum esset subiecit
parabolam servi cui dominus dimisit decem milia talenta dum

misereat, sed propter eius magnitudinem eo quod conservi sui
noluit misereri. omne propter quod dimissum debitum
revocavit Mt xviii° Post hoc venit in iudeam trans Iorda-
nem galilee ubi curavit infirmos galileos qui secuti
fuerant eum Mt xix° c° x° Eo tempore accesserunt
phar phariseii ad ihesum dicentes Si licet homini
dimittere uxorem quibus respondit quod non liceat excepta
fornicationis causa Mt xix° c° x° Ubi etiam addidit
de tribus eunuchis dicens ut qui potest capere ca-
stitatem capiat Mt xix° Deinde cum audissent pluri-
mi quod commendaret castitatem optulerunt ei parvulos
castos quibus imponens manus ait, talium est enim
regnum celorum Mt xix° Mr x°. lxvii° Hoc facto rediit
in galileam quia iudei querebant eum occidere Eodem vero
tempore quidam asserens se filium dei quosdam galile-
os seduxerat et eos cum duxisset in montem
volens ascendere in celum dum sacrificaret ei sed pilatus
superveniens occidit eum cum sacrificantibus Quos iudei
reputaverunt eos ideo perisse quia nequam erant et negociaverunt (?)
ceteris galileis ait dominus hominibus sceleratis
iudeos penitus nisi egerint penitentiam luce xiii° Et ad hoc
dixit eis similitudinem ficulnee non facientis fructum
luce xiii° Eo tempore cum doceret in sabbato in synago-
ga curavit mulierem quam inclinaverat spiritus infirmitatis
decem octo annis sic quod non erat non poterat respicere
sursum que cum argueret archisynagogus quod in sabbato
curasset dixit ei dominus ypocrita unusquisque vestrum sol-
vit bovem aut asinum in sabbatho et ducit adaquare
et filiam abrahe non oportuit curare in sabbato luce
xiii° Tunc accesserunt ad ihesum quidam dicentes Vade
hinc de galilea quia herodes vult te interficere quibus
ait dominus Ite et dicite vulpi illi ecce demonia eicio
et sanitates perficio hodie et cras et tercia die consumor
luce xiii° Accedit circa diem festum Scenophagie
licet fratribus diceret quod non ascenderet Johannis vii° ubi
cum Judeis multa dixisset et adhesisset (?) credentibus (?)
me interficere et dixit turba demonium habes quis
te querit interficere et querebat eum apprehendere sed nemo mi-
sit in eum manum quia nondum venerat hora eius Jo
vii° Tunc quidam de turba ait ad ihesum Magister dic
fratri ut mecum dividat hereditatem Cui dominus ait quis
me constituit iudicem inter vos. et monuit tamen ab
omni avaricia proponens similitudinem de divite qui dilatabat am-

plicare horrea sua / tunc dictum est stulte hac nocte
morieris que autem congregasti cuius erunt luce xij
Post hoc tum multa dixerunt de se et de patre suo
et de iudeis et de abraham / tulerunt lapides iu-
dei ut iacerent in eum ipse vero abscondit se et exivit
de templo Ioh viij° Et preteriens vidit hominem
cecum a nativitate quem sanat Ioh ix Tunc
occurrit ei adolescens in via dicens Magister
quid faciam ut habeam vitam eternam / tunc dominus
sua mandata et addidit ut venderet omnia et daret
pauperibus qui abiit tristis eo quod diues erat Mt xix
Marc x° luce xviij° Tunc ait ihesus facilius
est camelum per foramen acus intrare quam divitem
intrare in regnum celorum Cui petrus ecce nos
reliquimus omnia quid ergo erit nobis / tunc dixit
vos qui secuti estis me sedebitis super sedes
duodecim Mt xix Et subdidit omnis qui re-
liquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem
aut matrem centuplum accipiet et vitam eternam possi-
debit Mt xix Mr x° luce xviij° Audientes hec
avari pharisei deriderent de contemptu mundi tractabat eis
ideo proposuit eis exemplum de divite purpurato et la-
zaro mendico luce xvj° Ad discipulos ait proposuit per pa-
rabolam de villico iniquitatis et concludens facite vobis
amicos de mamona iniquitatis luce xvj° Post hoc
proposuit parabolam de patre familias qui conduxit
operarios in vineam suam Mt xx° Finitisque parabolis
Finitis intravit in domum cuiusdam principis sabba-
tho manducare panem ubi ydropicum sanat luce xiiij°
In ipsa hora ad invitatos dixit parabolam quomodo
primos accubitus eligerent et subdidit cum invitatus
fueris ad nuptias recumbe in novissimo loco luce xiiij°
Et hec sunt que fecit ihesus anno predicationis sue secundo

a Anno vero tercio facta sunt encenia ierosolimis
et hyemps erat et ambulabat ihesus in porticu
salomonis ubi ait iudeis Ego et pater unum sumus
eo quod dixerant ei quousque animas nostras tollis si tu es
christus dic nobis palam / sustulerunt ergo lapides iudei ut
lapidarent eum / ihesus autem transiens per medium illorum
ibat et exivit a manibus eorum Iohannis x° Et abiit
trans iordanem ubi nunciatum est ei de lazaro / et ait discipulis
eamus in iudeam Cui dixerunt iudei volebant
te lapidare et iterum vadis illuc quibus ait ihesus Nonne

Duodecim sunt hore diei venit ergo bethaniam
vbi lazarus suscitauit Johannis xj° Propterea colle-
gerunt pontifices et pharisei concilium dicentes
si dimittimus eum etc quibus Caiphas ait vos nescitis
quidquam Expedit vobis vt vnus homo moriatur
pro populo Johannis xj° Et post suscitatum lasarum
Dominus Jhesus cum iret in ierusalem transibat per
mediam Samariam ad galileam et ingressus cum
quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi
quos cum vidisset et mundasset vnus ex eis tantum
samaritanus deum magnificauit ceteri enim erant
judei luce xvij° Tunc autem cum premisisset nuncios
in ciuitatem samaritanorum non sunt recepti vnde
irati Jacobus et Johannes dixerunt Domine vis vt
dicamus et veniat ignis de celo et consumat omnes
sed dominus prohibuit dicens filius hominis non venit perdere
animas luce ix Et ait discipulis Ecce ascendimus hierosolimam
et consumabuntur omnia que scripta sunt de filio hominis
et predixit eis passionem et resurrectionem suam Math xx°
Marci x° luce xviij° Tunc mater filiorum zebedei ad
dexteram et alium ad sinistram suam in regno suo
audientes discipuli indignati sunt de duobus Math
xx° Marci x° Post hoc facta est contencio inter
discipulos quis eorum videretur esse maior quibus dominus
ait Reges gentium dominantur eorum luce xxij°
Post hoc Dominus cum ingrederetur Jericho zacheus
ascendit in arborem sicomorum luce xix Et egre-
diens Jericho illuminauit duos cecos sedentes iuxta viam
Math xx° Marci x° luce xviij° Post hoc venit in
bethaniam et mansit in domo symonis leprosi
quem curauerat et fecerunt ei cenam sabbatho ante
palmas Martha ministrabat lasarus discumbebat
Maria vnguento precioso pedes eius vngebat Vnde
Judas ait potuit hoc vendi magno et dari pau-
peribus Cui dominus bonum opus operata est in me
Math xxvj° Marci xiiij Mane autem facto cum venisset
Bethphage misit duos discipulos suos in Jerusalem
vt adducerent asinam et pullum Math xxj° Marci xj° luce
xix Cum appropinquasset ad descensum montis oliueti

Substernebant vestimenta sua et ramos de arboribus
cedebant pueri etiam venienbat obviam ei turba
etiam multa que precedebat et que sequebat cla-
mabat osanna filio david Mt xxi° Mr x lucē
xix° Joh xij° Et ut appropinquavit videns civitatem flevit
super illam dicens quia si cognovisses et tu luce xix Et
cum intrasset ierusalem commota est tota civitas
dicens quis est hic populus dicebat hic est ihs
propheta a nazareth Mt xxi° Et ingressus templum
facto flagello de funiculis eiecit vendentes
Anno domini sancti — et ementes et sanat in eo cecos et claudos
Mt xxi° Mr xi° luce xix Audiens vero scriptura petens
Luce xx — sub ait solvite templum hoc et in tribus diebus
[illegible] — excitabo illud Joh ij Et videns eos qui mitte-
bant munera in gazophilacium viduam pauperem
Anno domini [illegible] — duo minuta mittentem preciosa commendat Marci
xij luce xxi° Et dixit ad quosdam qui de sua
iusticia confidebant proposuit de publicano et pha-
riseo parabolam luce xviij° Cum autem vespera esset
recessit in bethaniam Mt xxi° Mr xi° Nicodemus
autem qui erat unus de principibus venit ad ihm nocte
quem dominus docuit de nativitate hominis spirituali Joh
iij° Rursus diluculo feria secunda revertens in ierusalem
esuriit et cum accessisset ad ficum non inveniens in ea fruc-
tum maledixit ei et statim aruit Mt xxi° Mr xi° Cum
autem venisset in civitatem et ingressus esset in templum
adducunt scribe et pharisei mulierem in adulterio
deprehensam ut iudicaret coram ihu Johannis viij°
Eadem die philippus et andreas cum nunciassent
ihu quod quidam gentiles eum videre vellent ait dominus
venit hora ut clarificetur filius hominis pater clari-
fica filium tuum et vox de celis insonuit clarificavi
et iterum clarificabo Johannis xij vespera facta recessit
in bethaniam Marci xi° Et facto mane feria tercia
cum rediret in ierusalem viderunt aridam ficum et ait
petrus Ecce ficus aruit et dixit dominus si ha-
bueritis fidem quecumque volueritis fiet vobis Math
xxi° Mr xi° luce xviij° addidit etiam quia in oracione
oportet fidem adhibere et cum instancia orare ubi
proposuit eis parabolam de iudice et vidua luce xviij°
Et cum venisset in templum interrogaverunt seniores
eum in qua potestate hec faceret et ipse interro-
gavit eos de baptismo Johannis Mt xxi° Marci xi°

Luce xx° Deinde proposuit eis parabolam duorum filiorum
quorum unus dixit se non iturum et tamen ivit secundus
dixit se iturum et non ivit Mt xxi° Et aliam pro
posuit parabolam de patre familias qui plantavit vineam
et locavit agricolas qui servos et heredem occiderunt
et addidit de lapide reprobato qui constitutus est in caput
anguli Mt xxi° Mr xii° Luce xx° Addidit proposuit pa
rabolam de rege qui fecit nuptias filio suo Mt xxii°
de eodem dicit Lucas sed sub aliis verbis homo quidam
fecit cenam magnam Luce xiv Deinde pharisei
volentes capere eum in sermone interrogaverunt si
licet censum dare cesari Mt xxii° Mr xii° Luce xx° Sa
ducei vero interrogaverunt eum de septem nupta cuius
esset uxor in resurrectione Mt xxii° Mr xii° Luce xx°
Deinde unus de scribis legis peritus accedens interro
gavit quod esset mandatum magnum in lege et quod
faceret et quod dominus primum dixit esse mandatum
deum diligere secundum diligere proximum Mt xxii°
Mr xii° Luce xx Interrogatus autem quis esset pro
ximus proposuit parabolam de vulnerato qui incidit in
latrones Luce x° Post hec miserunt principes
sacerdotum ministros ut apprehenderent eum quibus ait
dominus queretis me et non invenietis et multa
alia que habentur Johannis vii° Deinde facta
est dissensio inter alios eum dicebant hic est
vere propheta alii hic est christus alii numquid a gali
lea venit christus Nonne scriptura dicit quia
ex semine david de bethleem castello Jo vii°
Propter hoc congregatis ihesus phariseis interrogavit eos
dicens quid vobis videtur de christo cuius filius sit
cui cum dixissent david et ipse obiceret ipsis de
psalmi centesimi nono dixit dominus domino meo
Mathei xxii° Marci xii° Luce xx° Ad turbas ait
dixit super cathedram moysi sederunt scribe et
pharisei Mt xxiii° Et dicens que sunt cavenda
in phariseis Ve vobis scribe Mt xxiii° Mr
xii° Luce xi° Deinde subdit veniet super vos
omnis sanguis iustus Et item jerusalem jerusalem
que occidis prophetas Mt xxiii° Hec locutus est ihesus
et abiit et abscondit se Johannis xii° Abiens

autem cum egrederetur de templo ostenderunt ei discipuli sta-
turas templi Math. xxiiij° Mr. xiij° Et inde recedens
venit in montem oliveti sedens contra templum
dixit discipulis suis signa eversionis templi et urbis
et docuit eos fugere Luc. xxj° Item loquitur et ab arbore
fici dixit parabolam Math. xxiiij° Mr. xiij° Item loquitur coram de
die iudicii monuit eos attentos esse quia dies
illa novissima veniet repentina de qua nemo scit
neque angeli dei in celo Mt. xxiiij° Luc. xxj° neque
filius Marci xiij° Propter quod docuit eos ut vigilarent
et orarent ponens similitudinem de patre familias
qui si sciret qua hora fur veniret vigilaret utique. Po-
suit etiam parabolam de homine peregre facto pro-
ficiscente ianitori precepit ut vigilaret Marci xiij° Profecto
hec subdidit parabolam de decem virginibus et aliam
de quinque talentis Mathei xxv° et aliam de nobili
quodam qui abiit in regionem longinquam accipere
regnum et reverti Luc. xix° Conclusit de divisione
bonorum et malorum in extremo iudicio quando bonis dicet
venite benedicti patris mei / malis vero ite maledicti
in ignem eternum Mt. xxv° Consummatis autem illis sermo-
nibus dixit discipulis suis suam passionem post biduum
futuram Math. xxvj° Quarta feria principes sacerdo-
tum et seniores populi quidam inierunt [illegible] in atrio
Cayphe ut ihesum dolo caperent et occiderent Eadem die
pacta est Iudas cum eis de tradicione eius pro xxx argenteis
Mt. xxvj° Mr. xiiij° Luc. xxij° Ihesus autem tota die
illa mansit in Bethania cum discipulis et matre sua. Quin-
ta vero feria premisit discipulos in civitatem ut pararent
pascha Math. xxvj° et ostendit eis hospitem et hospicium
cenaculum grande stratum Marci xiiij° Luc. xxij°
vespera facta venit ihesus et discubuit cum xij
Mt. xxvj° Mr. xiiij° Luc. xxij° / Et surgens a cena
lavit pedes discipulorum dicens exemplum dedi vobis
Iohannis xiij° Cumque recubuisset iterum turbatus est
spiritu Iohannis xiij° et dixit unus ex vobis tradet
me Mt. xxvj° Mr. xiiij° Et contristatis illis addidit
qui intingit mecum manum etc. Mt. xxvj° Mr. xiiij°
Innuit ergo Iohanni Petrus ut quereret a domino
quis esset qui eum traditurus erat / itaque cum recubuisset
ille supra pectus ihesu ait domine quis est. Cui dominus
cui intinctum panem porrexero Iohannis xiij° Et cum

Rudit iudas numquid ego sum Rabi Math xxvj° Ce-
tum continuo accepit ihesus panem et benedixit
similiter et calicem et dedit eis Mt xxvj° Mr
xiiij° luce xxij° Post hoc dixit illis vos omnes
scandalisabimini in me in ista nocte Ad quod petrus
dixit et si omnes scandalisati fuerint ego non scandali-
sabor, cui dominus predixit quod ter negaturus esset
eum Math xxvj° Mr xiiij° luce xxij° Et statim sub-
iunxit longum sermonem consolatorium scilicet Non turbet-
ur cor vestrum Et multa alia que habentur Joh xiiij° xv°
et xvj° capitulis, Quo facto orauit pro omnibus qui
credituri erant in eum dicens Pater manifestaui no-
men tuum hominibus Et subdit Non autem pro eis rogo
Johannis xvij° Et statim exurgens egressus est in
villam Gethsemani trans torrentem cedron Et cum
intrasset ortum contristatus est valde et procidens
in faciem suam in terram orauit semel et iterum
vt transferret ab eo pater calicem Mt xxvj° Mr
xiiij° luce xxij° Post hoc redarguit discipulos dor-
mientes et cum abijsset tercio orare factus est sudor
eius vt gutte sanguinis decurrentis in terram luce
xxij° Tunc apparuit ei angelus de celo
confortans eum qui surgens venit ad discipulos
et ait eis dormite iam et requiescite Et post
pusillum quasi in continenti dixit sufficit Mr xiiij°
Surgite eamus et adhuc eo loquente Ecce
iudas venit et cum eo turba multa Mt xxvj°
Mr xiiij° luce xxij° Ihesus autem sciens omnia que
ventura essent super eum processit et dixit Quem
queritis, et cum hoc dixisset ceciderunt in terram
et ait secundo eis quem queritis qui continuo surrex-
erunt Johannis xviij° Et accedens Judas
osculo tradidit eum et statim manus iecerunt
in ihesum Math xxvj° Mr xiiij° luce xxij° Et
apprehendentes ligauerunt eum Johannis
xviij° Petrus autem amputauit auriculam
Malcho Math xxvj° Mr xiiij° luce xxij° quam
dominus sanauit luce xxij° Et ait petro
mitte gladium tuum in vaginam tuam Math
xxvj° Ad turbas autem dixit tamquam ad latronem

ceptis cum gladijs et fustibus statim qz discipuli relicto
eo fugerunt Mt xxvj° Mr xiiij° luce xxij° Ministri
autem duxerunt eum ad annam primum qui erat so-
cer Caiphe Johannis xviij° Adolescens autem quidam
sequebatur eum amictus sindone super nudo et tenuerunt
eum Ille autem relicta sindone fugit nudus Mr
xiiij° Petrus autem sequebatur a longe Et Johannes
qui erat notus pontifici duxit eum ad atrium
principis sacerdotum Jo xviij° Ubi statim accedens
ad ignem et calefaciens se ad vocem ancille ne-
gavit dominum Mr xiiij° luce xxij° Johannis xviij°
Tunc pontifex interrogavit ihesum de doctrina
eius Cui cum dixisset quid me interrogas unus
ministrorum dedit ei alapam Johannis xviij° Et statim
misit eum Annas ligatum ad Caypham
Johannis xviij° Ubi cum Petrus iam tercio negasset
dominum respexit eum ihesus luce xxij° At ille
audito galli cantu exivit foras et flevit amare
luce xxij° Facto autem mane feria sexta adduxe-
runt falsos testes qui accusaverunt eum
et de reedificatione templi Mt xxvj° Mr xiiij°
Tunc adiuravit eum Caiphas si esset christus
filius dei benedicti Et cum dixisset videbitis
filium hominis etc princeps sacerdotum scidit vestimenta
sua et quidam expuerunt in faciem eius et ve-
lantes colaphis ceciderunt et palmas dantes
duxerunt eum vinctum in pretorium Mt
xxvij° Mr xv° luce xxiij° Johannis xviij° Tunc
autem cum videret Judas prima ductus retulit
argenteos et se suspendit Mt xxvij° Et cum
nollent ingredi in pretorium ut non contamina-
rentur exivit ad eos Pylatus quam tunc
accusationem affertis adversus hominem hunc qui
dixerunt ~~cui dixit~~ Si non esset hic malefa-
ctor non tibi tradidissemus eum dicit se regem
et commovit populum a galilea usque huc Cumque
pylatus audisset galileam misit eum ad herodem
herodes autem illudens ei induit eum veste
alba et spernens eum remisit ad pilatum luce
xxiij° Pilato autem sedente pro tribunali in loco

qui dicitur Litostratos et licet cognoverat eum absol-
vere in die festo, licet sciret quod propter invidiam
tradidissent eum, licet audiret et diceret nullam
invenio in eo causam et licet uxor eius protesta-
tione premonuisset eum dicens Nichil tibi
et iusto illi Math. xxvii° tamen clamantibus Iudeis
tolle tolle crucifige eum, dimitte nobis Barrabam
quia si hunc dimittis non es amicus Cesaris
et flagellatum tradidit eis Ihesum ut crucifigeretur
Math. xxvii° Mar. xv° Luc. xxiii° Iohannis xix°
Tunc milites presidis illudentes ei circumdederunt
eum zelo et purpura et corona de spinis
in capite et arundinem in manu eius dederunt
et genu flexo dicebant Ave rex Iudeorum
et expuentes in eum arundine percuciebant
caput eius, post hoc induerunt eum veste sua
et duxerunt extra civitatem baiulantem crucem
et tunc angariaverunt quendam Symonem
Cirineum. Sequebantur autem Ihesum mulieres
flentes quibus ait dominus filie Ierusalem
nolite flere super me etc. Luc. xxiii° Et sic
duxerunt eum in locum calvarie que hebra-
ice dicitur Golgotha ubi crucifixerunt eum et
duos nequam cum eo Iohannis xix. Et dum
crucifigeretur dabant ei vinum cum felle mixtum bibere
Math. xxvii° Et secundum Marcum dabant ei vinum
mirratum Marci xv° Ipse autem dicebat pater
ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, post
hoc diviserunt tunicam eius unam in quatuor
partes, super aliam vero inconsutibilem miserunt
sortes Math. xxvii° Mar. xv° Luc. xxiii° Ioh. xix°
Interim scripsit Pylatus titulum litteris
grecis hebreicis et latinis Ihesus Nazarenus
Rex Iudeorum crucem cum superposuisset et
illi latrones blassfemabant eum qui cum
eo crucifixi erant Math. xxvii° Marci xv° Unus
vero ex eis scilicet sinister blassfemabat postmodum
ad se conversus dixit Memento mei domine

Luce xxiii° Et preterentes dicebant vath Mathei
xxvii° Marci xv° Stabat autem iuxta crucem mater
eius et maria Cleophe et maria magdalena
et ~~Johannes~~ Johannes, et commendans matrem
Johanni ait ecce mater tua, et econverso ecce filius
tuus Johannis xix Erat autem hora sexta
et facte sunt tenebre usque ad horam nonam
super universam terram Math xxvii° Marci xv° luce
xxiii° Et circa horam nonam clamabat Jesus
Hely hely etc Et cum blasfemarent eum dixit Sicio
et porrexerunt spongiam aceto plenam Math xxvii°
Marci xv xv° Johannis xix° Et clamans voce magna
pater in manus tuas commendo spiritum meum Et
inclinato capite emisit spiritum Et velum templi
scissum est, terra mota est petre scisse sunt, mo
numenta aperta sunt et multa corpora sanctorum
surrexerunt Math xxvii° Et ait centurio Vere
filius dei erat iste ut Math xxvii° Marci xv° vel ut
ait lucas hic homo iustus erat luce xxiii° Post
hoc rogaverunt iudei pilatum ut frangerentur eorum
crura, et cum latronum fregissent crura ad ihesum ve
nientes eo quod iam mortuus esset non fregerunt
eius crura, sed unus militum lancea latus eius
aperuit Johannis xix Cum autem sero factum esset
Joseph ab Arimathia petiit a pylato corpus ihesu
Math xxvii° Marci xv° luce xxiii° Et cum deposita
esset de cruce venit Nicodemus ferens mix
turam mirre et aloes quasi libras centum
hoc corpus involutum sindone et ligatum
cum aromatibus posuerunt in monumento
novo in petra exciso, et cum sepelliebatur erat
ibi maria magdalena et mater eius et alie etiam
mulieres que secute erant eum a galilea minis
trantes ei Sepulto quoque domino recessit Joseph
cum Nicodemo a monumento, mulieres autem sedebant
contra sepulcrum Math xxvii° Marci xv° Altera autem
die que est post parasceve venerunt iudei
ad pilatum dicentes iube custodiri sepulcrum
Math xxvii° In prima die post parasceve hoc est
in sabbatho maria magdalena et altera

Maria siluerunt secundum mandatum Luce
xxiij° Vespere autem sabbati cum adhuc tene-
bre essent id est in nocte que lucescit in prima
sabbati ibat mane cum aromatibus ad sepulcrum
Math xxviij° Et tunc cum celum iam albesceret
dicebant quis revolvet nobis lapidem Marci xvj°
Tunc terre motus factus est et ea tunc dominus
resurgebat post hoc descendit angelus de celo
qui revolvit lapidem Math xxviij° Et viderunt
mulieres lapidem revolutum et angelum domini
sedentem super eum custodes autem iacebant velut
mortui pre timore angeli Math xxviij° Et tunc
dixit angelus mulieribus Nolite timere
scio quia iesum et queritis et cum mente consterna-
te essent ecce duo viri steterunt secus illas
in veste fulgenti qui dixerunt quem queritis
non est hic surrexit Luc xxiiij° Euntes cito
dicite discipulis eius quia surrexit Mt xxviij° Atque
fugierunt invaserat enim eas pavor et tremor
et nemini quoque dixerunt Marci xvj° Sola
vero magdalena currit nuncians petro et Johanni
et dicens tulerunt dominum meum etc Johannis
xx° Cucurrerunt ergo illi et viderunt sepulcrum Johannis
vacuum et crediderunt vera esse que dixerat
mulier et continuo redierunt ad hospitia Mag-
dalena autem tamen que cum eis venerat reman-
sit ad monumentum plorans et dum fleret
prospexit in monumentum et vidit duos angelos
Illi dicunt ei O mulier quid ploras quem queris
Respondit ia quia tulerunt dominum meum Tunc
conversa retrorsum vidit iesum stantem existimans
ortulanum esse Sed post agnoscens voluit te-
nere pedes eius sed dominus prohibuit eam
Johannis xx° Interim custodes nunciaverunt
principibus que facta fuerant qui corruperunt
eos pecunia ut dicerent discipulos corpus esse
furatos Mt xxviij° Eo tempore ibat magdalena in-
nunciare discipulis sed invenit suis mulieribus que cum
ea fuerant occurrit eis ihesus dicens Avete ille
autem adoraverunt eum tenentes pedes eius

qui dixit eis ut nunciarent fratribus ut irent in
galileam ibi enim videre Math xxviij° Que cum
nunciassent illis non crediderunt Marci xvj° visi
quod sunt eis alia mente luce xxiiij° Solus autem
petrus currit ad monumentum et cum rediret
mirans apparuit ei dominus luce xxiiij°
Eodem die apparuit duobus discipulis euntibus in
Emaus qui eum cognoverunt in fractione
panis reversi sunt in ierusalem nunciantes
xj congregatis que gesta fuerant luce xxiiij°
Eundem autem non credebat quorum unus erat
Thomas quo egresso cum colloquerentur et sero
esset eiusdem diei et fores essent clause
stetit iesus in medio eorum et ait Pax vo-
bis luce xxiiij° Johannis xx° Et cum putarent
se spiritum videre dixit palpate et videte quia
spiritus carnem et ossa non habet luce xxiiij°
Et ostendit eis manus pedes et latus luce xx-
iiij° Johannis xx° Adhuc autem illis non cre-
dentibus comedit cum eis partem piscis assi
et favum mellis luce xxiiij° Gavisi sunt
ergo discipuli viso domino Johannis xx° Et
dixit iterum pax vobis / et insufflans ait accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis peccata etc Joha-
nnis xx° Post hoc absente domino redit tho-
mas cui cum discipuli dixissent vidimus dominum
noluit credere nisi vidisset figuram clavorum
Post dies autem octo ianuis clausis iterum iesus
stetit in medio discipulorum et erat ibi thomas
quibus ait Pax vobis deinde dixit thome
infer digitum tuum huc et vide Joh xx°
Post hoc manifestavit se iterum iesus ad
mare Tiberiadis ubi discipuli piscabant
Stans ergo iesus in littore precepit ut mitterent
in dexteram navicule rethe / cumque impletum
esset piscibus ait Johannes dominus est /
Quo audito petrus misit se in mare
succinctus tunica Alii vero discipuli navigio
venerunt ad littus / eo tempore omnes simul
discumbebant / et iesus cum eis comedentes

panem et pisces assos et nemo audebat eum
interrogare quis esset scientes quia dominus est
Johannis xxi° Et cum prandissent dixit dominus
Petro Symon diligis me plus his / qui respondit
Tu scis domine etc Tunc dominus Pasce oves
meas / et cum predixisset ei mortem suam / ait
Sequere me Cumque sequeretur eum ab eunte petro
de Johanne ait Domine hic autem quid / cui
dominus sic eum volo manere Johannis xxi°
Tunc abierunt undecim in galileam in montem
ubi constituerat illis iesus / ibique iterum videntes
eum adoraverunt eum / quidam tamen dubita
bant an ipse Math ultimo et ideo exprobrat
incredulitatem eorum et duritiam cordis
Mathei ultimo et adiunxit Data est michi
omnis potestas in celo et in terra / Math ultimo
Euntes ergo in mundum universum predicate
Evangelium omni creature Math ultimo Do-
cete omnes gentes baptisantes eas in nomine
patris et filii et spiritus sancti Math ultimo Qui crediderit
et baptisatus fuerit salvus erit Marci ultimo
Signa autem eos qui crediderint hec sequentur
in nomine meo demonia eicient Marci ultimo
In die ascensionis venit ad eos in ierusalem
et convescens Actuum primo dixit eis Sedete
in civitate donec induamini virtute ex alto luce
ultimo Et ipsi interrogaverunt eum si in hoc
tempore restituet regnum israel qui respondit non est vestrum
nosse tempora vel momenta que deus posuit in
sua potestate / sed accipietis spiritum sanctum et
eritis michi testes in omni Judea et ierusalem
ad usque ad ultimum terre Actuum primo Et ecce
vobiscum sum usque ad consummationem seculi
Mathei ultimo His itaque dictis duxit eos
secum foras de ierusalem in montem olive-
ti luce ultimo Tunc benedixit eis / et
videntibus illis elevatus est Actuum primo

Et ferebatur in celum Luce ultimo. Sedet que
ad dexteram dei patris omnipotentis Marci
ultimo. Sunt et multa alia que fecit iesus
que si scribantur per singula. nec ipsum arbitror
mundum capere eos qui scribendi sunt li-
bros Johannis xxi

Finis gestorum ihesu christi concordia
per omnes quatuor ewangelistas per
que poterit sciri quod unus ewangelista po-
suit et alter ommisit et quoto anno
predicationis sue quid fuit et alia quam plurima

Primum preceptum appropriatum respicit personam
patris. quantum ad voluntarium obsequium omnibus operibus
quod debetur divine potestati. Et hoc explicatur cum
dicitur. Non adorabis deos alienos. Quod quidem pre-
ceptum xpus exponit. ait iiij° dominum deum tuum adora-
bis et illi soli servies. In quo evidenter deorum pluralitas
excluditur et unus solus verus deus colendus esse probatur
Quod tamen ex pluribus patet videlicet deutronomio vi. Audi isra-
hel dominus deus tuus unus est. Exodi xx Non habebis
deos alienos coram me. Non facias tibi sculptile neque
omnem similitudinem que in celo est desuper et que in
terra deorsum. nec eorum que sunt in aquis sub terra. Non
adorabis ea neque coles. Ego enim sum dominus deus tuus
fortis et zelotes. visitans iniquitatem patrum in filiis in
terciam et quartam generationem. eorum qui oderunt me. et faciens
misericordiam in milia hiis qui diligunt me. et custodiunt precep-
ta mea. Exodi xx. propterea quatuor secundum Jeronimum mala
cogitatio cum delectatione. secunda consensus. tercia opus. et quar-
ta nolle penitere de malo facto. quod super Amos prophetam ca-
primo. hoc dicit dominus super tribus sceleribus gaze et
super quatuor non convertam eum. Super quo dicit Jeronimus
Cultura et quarta generatio peccata patrum sic dominus comminatur fi-
liis reddituros non inequalitate iudicii ut alii peccent

et alij puniantur sed magnitudine clemencie diu semper
expectat penitenciam Et quod in prima generacione delinquitur
non prius corripit et emendat nisi tercia et quarta generacio
venerit Ut dictum est secundum augustinum Quod unum solum
deum verum colere debemus et adorare tripliciter
Primo quidem fide integra Secundo spe sincera Tercio caritate
perfecta Et secundum hoc accipitur triphariis intellectus primi pre
cepti propter primum scilicet secundum quod fides dicitur integra
propter tria Primo quia actu suo non est diminuta Secundo
quod est bonis operibus approbata Tercio quod est caritate in
formata primum patet Nam fides secundum augustinum habet
triplicem actum Nam uno modo fides credit deum Sicut cum
aliquis credit ipsum esse primam causam omnium creaturarum
Secundo alio modo credit deo sicut qui credit quod ipse omnipotens
est et quod unicuique retribuet secundum vita sua et isti duo
actus sunt imperfecti et possunt eciam ipsis demonibus convenire quia
demones credunt et contremiscunt Unde possunt eliciti a fi-
de informi Tercio modo fidelis credit in deum et iste ac-
tus fidei perfectus est et caritate informatus Quia secundum
Augustinum in deum credere est per amorem credendo in
ipsum ire et ei per fidem informatam Quia fides sine o
peribus tamquam fini ultimo inherere Secundo fides integra
debet esse bonis operibus approbata et per caritatis efficaciam
vitaliter informata Quia fides sine operibus est est sicut
cadaver mortuum sine anima propter quod scribitur in canonica
Jacobi fides sine operibus mortua est propterea autem expo
sicionem non solum dampnantur infideles non baptisati sicut
Judei qui preter unum verum deum credunt in messiam et
Sarraceni qui credunt in machometum verum et quatuor ge
nera hominum baptisatorum contra hoc preceptum peccant et
dampnantur primum genus est decipiencium sicut heretici qui
filios suis subrepcionibus simplices in fide subvertunt Qui eciam

excommunicati sunt ipso iure Extra de hereticis excommunicamus et
similiter sortilegii et divinatores de quibus extra de sortile-
giis extimatur cum inspectiones sortilegas faciunt aut ex sim-
plicitate committunt peccatum mortale Et si sacerdos vel hoc ex sim-
plicitate hoc fecerit per annum debet sequestrari ab altaris ministerio lai-
cus vero si hoc fecerit quadraginta dies peniteat et quoniam ex-
ete punietur et excommunicetur clericus vero officio et beneficio privari
potest ut patet in decreto quod ponitur extra de sortilegiis xxvi q. v ubi
dicitur non licet christianis elementa colere nec lune et stel-
larum cursus observare in iungiis faciendis nec in herbis
colligendis nec in incantationibus licet attendere omnes enim artes
huius et quadam pestifera societate hominum et demonum qua-
si pacta infidelis et dolose amicicie percuncta sunt fugiende
christiano unde qui talibus credunt aut ad interrogandum eorum do-
mos introeunt vel eos ad domos proprias introducunt sciant se
fidem katholicam et baptismum prevaricasse et paganum
et apostatam dei inimicum et iram dei graviter in perpetuum incurris-
se ut patet xxvi q. v non observetis Et ad hoc genus infi-
delitatis reducitur observacio dierum egyptiacorum et ceterarum horarum
computacionibus faciendis et iungiis faciendis et herbis col-
ligendis et huiusmodi ut patet xxvi q. v non liceat ut in supe-
riori decreto visum est Et ut autem magis appareat quando tales
actus divinacionis et sortilegii peccatum mortale aut veniale
considerandum est quod actus divinacionis et sortilegii quandoque potest tripli-
citer primo credens se per illum actum realiter assequi quod
intendit puta aliquem amorem vel furti revelacionem vel
fortune eventum prognosticari sicut si quis eam qua contrahere
debeat credat eius amorem hominis dependeat ab libera vo-
luntate humana cuius motus solum subest potestati divine Et
similiter revelacio occultorum et prognostico futurorum Certum
est quod qui talia credit posse consequi pactum divinacionis opor-
tet quod credat in illo actu consistere ad divinum numinis et propter-
quod fidem et baptismum hoc est veritatem professam in baptismo
abnegat et deterior est pagano quia decidit a fide professa

Quod no facit pagan9 et incurrit iram dei ipe
tuu nisi peniteat et hoc est grauissimu pctm mortale
quia corrumpit fidem que est fudamentu spualis edifi-
cij Scdo modo licet no credat pactu illum realiter
assequi quod intendit wlt tamen curiose expiri vtr
aliquid sit efficacie in tali actu vl no et hoc itm
mortale licet no sit ita graue ut primu Et vo est ex-
talis est dubius et fluctuas in fide postq gtra vita
tem et simulitatem fidei petit tria expiri que sit vl
scire debet p fidem katholicam esse reprobata Tcio
modo si ex sola leuitate et simplicitate talia exerceat
ullus tamen credens hoc esse vtutis et efficacie nec
ciam expiri intendat an in hoc aliqua efficacia exi
stat sed solu explenite et simplicite faciat Et h
videtur solu pctm veniale maxime ad laycos y
diotas s(e)c(un)d(u)m contra ad clericos qui scire tenentur hoc graue
esse prohibitu semp pctm morle p hoc mira deuiat
eos p annu commune seruandos quia solu induitur
speto mortali Quantu autem ad obsuanciam dierum Sciendum
cundum est q si certu tpus obsuetur in huius actibus
que dependent a causa nali puta ab influencia ce
lesti sicut pocionis sumpto et agri seminato hoc no est
ydolatrie s sagacitatis et prouidencie Si vo hoc ob
suetur in huius actibus qui solu dependent ab hominis
libero arbito puta inicatio vxoris traductio et belli-
congressio Cu igitur sola vtus diuina possit imprime
et mouere liberum hominis arbitrium oportet q tali inten-
cione mentis huiusmodi exercet q credet talibus actibus in
esse ad diuinum intuitus et per gsequens peccat mortaliter ex
premissis ergo patet potest q obsuacio dierum et tpum
quos est ydolatrie et infidelitatis quos est proui

dentie et sagacitatis quibus autem per obediencie et necessitatis
ut patet in festis colendis et in ieiuniis secundum statuta
ecclesie celebrandis patet ex hoc quam necesse
sit homini ut in talibus actibus et consimilibus ad discre-
tum confessorem recurrat per quem possit informari quando
predicti actus sint peccatum mortale vel veniale Secundum genus
est infide debilium qui tempore necessitatis vel fidem simpliciter
deserunt ut patet in apostolis fugientibus a Christo vel qui
fidem plus volunt servare in corde licet ore non audeant
confiteri qui sine dubio peccant et postea dampnantur quia
secundum apostolum Ro. x° corde creditur ad iusticiam ore autem
fit confessio ad salutem Et ideo sacramentum confirmationis in-
stitutum ut quilibet audeat nomen Christi confiteri Tercium genus
est infide negligencium qui articulos fidei negligunt ad-
discere cum possint et debeant eos scire Sed numquid layci
tenentur omnes articulos fidei explicite Ad hoc respondent
doctores Quod scire omnes articulos fidei explicite
hoc est fidei iam perfecte que plus requiritur melius [?]
scire autem omnes implicite hoc est fidei diminute et per
quam mortale scire autem quosdam explicite et quosdam impli-
cite hoc est fidei necessarie et tales sunt articuli quorum festa
in ecclesia celebrantur ut puta Christi incarnacio nativi-
tas passio et resurrectio vel quorum usus est frequens in
ecclesia et articuli decimi [?] qui ex frequenti benedictione sci-
ri possunt et quia in parvo simbolo apostolorum paulo plus
continentur quam duodecim articuli Ideo videndum est quod quilibet
christianus cum ad annos discrecionis pervenit tenetur discere et scire
illud simbolum nisi esset doctoris impossibilitas vel nisi prohi-
beret tarditas ingenii Unde ad removendum impedimentum
predictum statuerunt iura quod parentes tenentur suos filios spiritua

vos docere simbolum et dominicam oracionem ut patet per de-
cretum Augustini. Quod ponitur in de consecratione dis. iiij ca. vos
ante omnia tam viros quam mulieres qui filios in bapti-
smo suscepistis moneo ut vos cognoscatis fideiussores
apud deum extitisse pro illis quos visi estis de sacro fon-
te suscipere. Ideo semper eos amonete ut castitatem
custodiant iusticiam diligant caritatem teneant. Ante=
omnia simbolum et oracionem dominicam et vos ipsi tenete et
illis quos accepistis ostendite. Tercium genus est se certo
sciencium et presumptuose fidem scrutari volencium qui nichil
volunt credere nisi possit eis liquida racione demonstrari
Qui plerumque in errore labuntur quemadmodum Augustino
qui volebat Trinitatem racione comprehendere. Et tales mortaliter
peccant et meritum fidei amittunt vel perdunt. Quia sicut
Gregorius fides non habet meritum ubi humana racio prebet experi-
mentum. Unde tales presumptuosam perscrutacionem dehor-
tatur Sap. altiora te ne scrutatus fueris. Quia qui scru-
tator est maiestatis opprimetur a gloria. Et ideo dicit Bernhardus
fidem presumptuose scrutari temeritas credere pietas est
nosse vero vita eterna est. Secundo adorabis per sinceram to-
tam spem ponendo in ipso deo et hoc racionabiliter digne
racione quia in ipsum homo totam spem suam ponit sine quo nec
potest ad momentum subsistere nec aliquid boni potest operari
Joh. xv^o sine me nichil potestis facere et qui ex ingenita
bonitate tibi in ulla necessitate umquam novit deficere. Unde=
super illud Mat. xiiij^o Ego sum nolite timere dicit Glosa Ego
sum qui in omni necessitate vobis semper presens assisto et numquam
invocatus vobis deesse potero. Ideo scribit Ysaias Quinimmo spe-
rant in domino et delictum est. Tercium autem quia sicut du-
plicem spem est duplex adoracio sive cultus dulie latrie
quem species salutis et spes in solo deo est ponenda et ideo

solus adoratur adoratione latrie et anima xpi cuius et cor
pus xpi ratione ypostatice unionis Secunda est species suffragii
que potest haberi in creatura dignissima ut in virgine glo
riosa et ideo ipsa adoratur adoratione yperdulie que impor
tat excellentem cultum venerationis Tertia est hec species poni
in aliquo sancto in celo vel etiam in mundo propter eius excellentiam
virtutes conditionis admirari et talis adoratio proprie dicitur
dulia propter hanc autem expositionem dampnantur quidam heresi
ci qui pravis suggestionibus homines retrahunt a sanctorum
veneratione et vitiose dicentes quod nec beata virgo nec aliquis
sanctorum debeat adorari quia ad impetrandum effectum gratie in
ullo ut dicunt per ipsos possimus adiuvari cum solus deus
sit causa et dator gratie Et hoc quod dictum est nephan
dum et hereticum licet enim deus solus efficiens sit causa
gratie beata virgo et ceteri sancti adiutorie per modum suffragii
dispositivum possunt esse gratie causa Est etiam notandum quod ex ista
expositione audiri nos de ydolatria calumpniantes obicientes
nobis illud Exodi xx° Non facias tibi sculptile et non
adorabis neque coles ea Dicendum quod non adoramus
ymaginem ut res quedam est quia sic esset ydolatria Sed
inquantum est ymago signum alicuius rei et quia idem est
motus quo quis fertur in ymaginem inquantum signum est
et in ipsam rem cuius signum est Ideo etiam est eadem oratio
qua veneramur ipsam ymaginem et rem cuius est ymago
Sed adhuc obiciunt quod cum in lege veteri nunquam fuerit
usus ymaginum que tamen est figura nove legis ergo nec
in lege nova debet esse Dicendum quod quia deus in
lege veteri non fuit humanatus nec homo factus ideo nec
debuit habere figuram nec ymaginem Sed ultimus obicitur
quod nec in lege nova usquam invenitur nec videtur expressio
de ymaginibus ergo videtur quod non sint traditiones simpliciter
et dicitur contra quia narrat augustinus de civitate dei quod

panum ipse facici sup posuit et impressit et regi abagaro
transmisit Et btus lucas dicitur depinxisse ymaginē
xpi que ambe rome servantur sunt aut introducte yma-
gines ppter tria primo ppter simplicium ruditatē ut qui
nesciunt legē in codice saltem legat in picture Scdo ppt
affectuum tarditatē ut qui devote non moventur exau-
ditis moveantur ex visis Tercio ppter memorie labili-
tatem ut si a memoria labantur audita ut sepe conti-
git qz p unam aurem intrat p alteram exit saltem me-
morie teneantur visa et principaliter depicta Tercio ado-
rabis caritate pfecta ex toto corde sz et ex tota anima do-
minum deum tuum diligendo et omnem actum sine dilectio-
nem abiciendo Quod confirmat glosa exodi xx° sic
dicens Quod tu hoc mandatum servare decrevisti homo
vare et cole unum deum tuum sicut in baptismo promisisti
hoc est bellum denunciasse omnibus hiis quibus in ba-
ptismo renunciasti solum confitens patrem et filium et spm
sctm Sed nisi tu sic toto corde diligas deum unum
tota anima et tota virtute ei adherentes non sumus perfecti
pes dni unde talibus dicitur nescio vos Sz hic in-
cidit racionalis dubitacio scilicet in hac vita aliquis
possit preceptum dilectionis adimplere Ad quod dicendum Quod
perfectio dilectionis potest primi dupliciter primo ut ex clu-
datur omnis actus extraneus sic non potest in hac
vita adimpleri ut scz actu homo semper deum diligat ex
toto corde i. intellectu sine divisione ex tota mente i. in-
tellectuali memoria sine oblivione et ex tota anima i.
voluntate plena sine retractione Sz hoc non patitur
fragilitas presentis status Scdo ut excludatur omnis
actus contrarius caritati et sic potest impleri in via quia
caritas potest esse adeo pfecta qz omnem actum mortalem

pcti concludat Qualit aut homo ad tantam pfectionem caritatis concrescat ex unitate moralit patet considerandum ex hoc potissimum cognoscit concludere ex homo pfecte incorporatur caritati dei Ad quod pfecte intelligendum duo sunt declaranda primo qualiter ymago xpi caritatis fuit signata et in quibus coloribus fuit signata Secundo qualit sue caritati tamquam forme exemplari debeamus imprimi et ei pfecte primo nobis possibili conformari Circa primum sic primus color est spiritualis 2us gre 3us dicitur pt primum est sciendum quod forma et ymago xpi fuit colore triplici insignita primus color potest dici huiusmodi 2us talium tertius dicitur primus color est virtualis essentie Secundus gratialis affluentie tertius supernalis in existentie de primo patet Nam gradus sui amoris mensurabatur ex tota virtute anime sue et omni virium ipsius et ex tota virtute cordis et secundum ultimum posse quia potest copetere cuicumque virtuti create Et ideo iste color signatur dicitur virtualis esse essentie quia gradus sui amoris mensurabatur secundum ultimum posse totius anime totius cordis et totius virtutis sue nature De secundo patet nam sue virtutis gradus mensurabatur secundum ultimam pfectionem omnis gratie et omnis virtutis sue sive sit gratia gratis data faciens sive gratia gratum faciens vel gratia et virtutes Omnes enim istas gratias et omnes virtutes et omnia dona ad pfectionem ptinentia xpus in summo habuit Et ideo scribit Joh 3o Quod non fuit ei datus spiritus ad mensuram Quod non est intelligendum quod gratia xpi fuit infinita quia sic non esset creata sed quia non accepit gratiam ad mensuram aliorum hominum vel etiam angelorum sed longe excellentior quia tanto excellentior angelis sed effectus quanto differentius pre illis nomen hereditate habet

po Unde ꝫ etc quod gra xpi dicit^r gra capitis quia sicut in capite est plenitudo om̄i sensuū in alijs autē membris corpo͛is est solū sensus tacte Sic in xpo fuit plenitudo om̄s gr̄e Qualibꝫ aute sc̄is fuit gr̄a limitata et ad cctā sp̄em sue adē͛tiū modū h̄endi determinata Sicut etiā a capite ceteris membris i͛fluitur motus et sensus Sic a grā ipius xpi influitur nobis sensus de votōis et motus bone opacōis Et ideo signatur ille color gr̄alis affluencie dicit^r quia sua dilectio om̄ē p̄fectionē gr̄e apphendit declio patet na tanta fuit excellencia caritat̄ xpi ꝙ nō solū mente ipius inseparabiliter iungebat ipi deo vim etc totā naturam h̄uanā inseparabilit̄ vniebat diuino supposito Et ex hoc fuit tres prerogatiuas ꝯsecuta nobilissimas ꝑima ꝫ quia essencialis subsistencie ipius nature h̄uane ꝫ esse p̄sonale et ypostaticū ipius verbi diui Scda est ꝙ ex hoc xp̄us dicitur dei filius n̄alis etc s̄c͞dm naturā h̄uanā quia non existit in esse diuo et ypostatico ꝙ est p̄priū filij p̄naturā Tercia ꝫ ꝙ om̄s honor et cultus latrie qui exhibetur ipi deo et s̄c͞dm naturā h̄uanā ꝯpetit ipi xp̄o et io dicit aplus adorat eum om̄es angeli dei et io bn̄ dictū est ꝙ iste color dicit^r esse diuīg quia sue caritatis p̄fecte potissime mensuratur ab esse ypostatico et diuo ꝑpter s̄c͞dm est sciend̄ ꝙ illi forme exemplari debem̄ triplicit̄ ꝯformari p̄mo in hoc ꝙ homo ex caritate tenetur deo viuē et ei soli ꝯplacē s̄c͞dm vl timū posse sue cognicōis affectionis ut etiā opacōis

ita quod in exteriori conversacione tam lucida excelsa sanctitate
splendeat et vel interiori mentis illustracione tanto decore gracie
refulgeat quod veraciter sibi conveniat quod de unigenito scribi-
tur: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Ta-
lis enim homo efficitur speculum et exemplar vite divine
di omnibus secundum conversantibus quia suo exemplo virtuose cogit
et dulciter allicit ad vivendum et placendum sibi. Et ideo sta-
bit de talibus Ysaias: Omnes qui viderint eos agnoscent
eos, id est approbabunt vitam et sanctitatem conversacionis eorum et
dicent: Isti sunt semen cui benedixit dominus. Secundo quod ho-
mo ex caritate vivat deo secundum omnia dona virtutum et gracie
que ab ipso recepit, hoc est omnia det per devotam graciarum ac-
cionem in deum refundendo nichil de hoc suis meritis vel vi-
ribus ascribendo, sed omnia in prima vena largitatis divine
humiliter refundendo ut ex hoc influencia donorum et
graciarum sibi largius augeatur. Et hoc subtiliter in-
nuit Salomon Ecclesiastes: Ad locum unde exeunt flumina re-
vertuntur ut iterum fluant. Et per hoc quod homo dona gracie
per humilem recognicionem in deum refundit, sibi fluminis gracie
copiosius ampliatur. Tercio in hoc quod homo ex caritate
deum diligat secundum eandem formam et modum quo ipse
Christus dilexit hominem, ut eum primo eum dilexit constat
autem quod Christus eum dilexit fortiter, dulciter et constanter:
quia tanto amore et tam flagranti desiderio nostram sa-
lutem appetiit quod coram Pylato stans ad interrogata re-
spondere noluit ne ex responsione data prolongaretur
tempus sue passionis et nostre redempcionis. Dulciter

quid quod tam prompto affectu et leta mente creatoris
dulcore pro nobis passus fuit ac si passionis acerbitatem
et opprobriorum calamitatem sibi summas delicias reputaret
Constat enim non quia tam precipites nos dilexit quia
vinculum amoris numquam admonementum dissolvit ut patet per hoc
prima unione sui cum humana natura nec propter mortis
acerbitatem nec propter mortis penam et opprobriorum mul-
tiplicitatem numquam voluit admonementum separare et ideo Leo
papa dicit quod tanta fuit illa unio quod nec penis nec op-
probriis poterat dividi nec morte dissolvi sic etiam tu si ve-
lis in primi forme exemplari sue dilectionis debes ipsum
diligere ardenter ut ardor sue dilectionis omnem transitoriam
affectionem in te absorbeat et adeo dulcis quod in dulciore
sue dilectionis tibi omnis adversitas transitoria dulcescat et
adeo perficiatur ut nulla res transitoria te a primus amore
evellat ut dicere possis cum apostolo quis nos separabit a cari-
tate Christi Sic ergo patet tercio quod deum debes adorare
unitate perfecta Sed est sicut contra hoc preceptum faciunt su-
perbi cupidi et gulosi Nam superbus pro deo colit vanam gloriam
Cupidus nummos sue pecunie Sed gulosus ventrem suum
ventris ingluvie Unde dicit apostolus quod avaricia est
ydolorum servitus et de gulosis dicit quorum deus venter
est Nam hoc est regulare secundum Jeronimum et augustinum quod
illud quod unusquisque super deum vel equaliter deo diligit quod hoc
sibi pro deo constituit quia dum illud sic diligit Sed sicut
quod superbia in triplici genere pro deo colitur vel exercetur in
pompa seculi sicut in gemmis tornamentis et vestibus
preciosis et hoc est mortale si fiat propter pompam et ornatum
aliter non puta si fiat propter exercicium militare vel ut homo
decencius aliis appareat Aliquando exercetur in virtutibus et reli-
giosis actibus et illa secundum augustinum est multo deterior prima

Quia magis decipit sub specie religionis et hoc contingit
quatuor modis primo cum quis bonum quod habet a se habere
existimat sicut fecit phariseus se preferens publica-
no Secundo si hoc sibi datum existimat credit tamen pro
suis meritis erogatum Tercio cum quis iactat se habere quod
non habet cum sibi datum putat Quarto cum abiectis ceteris singula-
riter vult videri hoc glosa super illud Luce xviii° duo
homines ascenderunt committitur superbia in penitencie sicut cum
quis propter contemptum et inobedienciam abstinet a communione
vel non confitetur tempore statuto ab ecclesia ut si hoc ex temeri-
tate fiat peccatum mortale sed non si fiat ex obediencia et re-
uerencia penitenti Similiter eciam contra preceptum faciunt
qui confitentur deum ore factis autem negant et offendunt de
quibus conqueritur dominus in ysa populus hic me labiis hono-
rat cor autem eorum longe est a me Ex premissis patet
qualiter confitendum sit de transgressione primi precepti sa-
ni et primo de prima exposicione quidquid contra fidem
deliquisti Corde aliqua contra fidem sentiendo vel te-
nendo opere incantatores querendo vel querentibus fidem
adhibendo dies egypciacos et ceteras lunacios supersticio-
se seruando veram fidem debiliter tenendo et cum non propter
talia opera querendo vel circa articulos negligenter addiscen-
do et ore aliquid contra fidem dicendo vel veritatem doctrine
fidei deridendo vel fastidiendo Item de secunda expo-
sicione si in aliquo bono creato spem tuam posuisti de
proxima sollicitudine spem tuam a diuina prouidencia
subtraxisti Et si hoc in aliquo verbo vel exemplo
apud deum adiutorium retraxisti vel si in ecclesia propter sa-
lutem et diuinum suffragium non orasti sed pocius propter sanitatem
vel utilitate aliqua corporali Item de tercia si aliquid

gtra deū deliquisti ul tibi si acciones tuas p se in eius
honore nō ordinasti ul si vitā tuā exemplari sic
dilectioni nō qformasti Et tunc quidquid contra cari-
tatem deliquisti Ex quibus ac patet qz est necessa
rium sit cuilibet ad districtum qfessorem recurrere per quem
predictis plenius valeat informari

Scdm preceptum est qz nō assumes nomen dei tui
in vanum Ubi scdm augustinum prohibetur iura
mentum frivolum et tam periurium utrique eum
et qui inutiliter iurat et qui sic iurat assumit nomen
dei in vanum quia homines sine causa nominat divinam
veritatem secundum eam nominatim qtempnit periuran-
do Et hoc preceptum tripliciter exponitur uno de iussi-
one iuramenti ut sit sensus Non assumes nomen dei tui
in vanum extrahibilit sz iurando ul periurando Et
sa per ordinem sunt declaranda primum qz qualiter et quibus
modis illud preceptum male iurando violatur Sed
est que sint attendenda in hoc quod aliquis licite
et sine peccato possit iurare ul iuramentum recipere Tercio
videndum sit que est illa per quam quis arcatur
ius mito rethatur propter quem est sicud Quod
nomen dei in vanum assumitur male iurando tripliciter
primo quis iurando vane glorie et inutiliter et
hoc fit divinam veritatem sine causa nominando et
obtestando Secundo iurando dolose et fraudulenter
ut incautelis proximum tuum decipiendo et iuran
do rem tuam esse meliorem quam sit ul quod plus
tibi qstitit quam fecit Tercio iurando temerarie

et pertinaciter Quod iterum fit tribus modis execra-
biliter iurando ut si aliquis iurat per intestina dei vel
per pulmonem vel per cor et sic de ceteris Secundo irrisi-
ter iurando ut cum aliquis sine causa iurat per quinque
vulnera dei Hec enim iuramenta quantumcumque sint vera
quia tamen primum sonat in dei blasphemiam eo quod
aliquid deo ascribitur quod sue dignitati non convenit
Secundum autem sonat in dei irreverenciam sua vulnera
preciosa in vanum assumens unde nobis tota salus effluxit
Unde si talia iuramenta ex deliberatione fiant sunt pec-
cata mortalia propter quod in quibusdam terris talia iuramenta
sic sunt restricta quod quicumque deum in talibus offendit
aurem vel digitum vel cetera quecumque lingwa perdit Sed et
talia fiant ex cursu lingwe et indeliberate sunt venia-
lia sicut et primi motus infidelitatis Tercio scienter
periurando et veritatem divinam pertinaciter contempnendo
et hoc secundum theologos et ceteros iuristas contingit quatuor
modis et quolibet eorum periurium committitur Primo cum
quis scienter falsum iurat et hoc semper est morta-
le peccatum vel ignorans hoc fiat putans esse verum quod iurat
Et non tantum qui periurat videtur periurus censendus
quia deus non iudicat ex operibus sed ex cogitationibus
ut patet xxii q ii Sciendum autem quod periurium
sollempnisatum et deliberatum est peccatum mortalissimum
Unde per duos digitos quos ponit super sanctos significat
quod corpus et animam suam reus sue animam dat in potestatem
dyaboli deliberatum vel iuramentum licet non sollempni-
zatum si tamen seriose iuret et plene deliberet tum

Vide finem per historiam Romanorum ibi adhuc restat tria folia

f. 309-312

oculi domini intelliguntur in scriptura diuina vbi Oculi domini super
iustos. Palpebre domini sunt iudicia eius vbi Palpebre
eius interrogant i. probant filios hominum que neque fatigantur
eorum obstinationibus si operentur neque insistant cogitatione sed
confirmantur. Aures domini exauditio eius vel exaudire dignatur vbi Aures
eius in preces eorum. Os domini est sermo ad homines in propheta vnde
Os domini locutum est. Verbum domini filius dicitur vnde vbi Eructauit
cor meum verbum bonum. Brachium domini est filius per quem omnia
operatur vnde vbi Et brachium domini cui reuelatum est. Manus domini
est operacio vel opus eius vnde vbi Manus tue domine fecerunt. vel inic-
ul vindicta. Job. Manum tuam longe fac a me. Dextera domini filius
vel virtus eius vbi Dextera domini fecit virtutem. Digitus domini est spiritus
sanctus propter impressionem donorum que a deo dantur et inueniuntur tam in fine
hominum siue angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet
particio quam in digitis nec discordat et membrorum diuersitas cum
edificet corpus vnitas. Exodi Digitus est dei etc. Vterus domini
secretum est ex quo genuit filium vnde vbi Ex vtero. Pedes domini sunt
stabilitas eternitatis. vbi Et caligo sub pedibus eius. Vestigia
domini sunt operum secretorum signa. vnde vbi Et vestigia tua non cognoscentur.
Item vel semite mandatorum. Job Vestigia eius secutus pedes mei.
Gressus dei est aduentus vel visitacio eius vbi Viderunt gressus tuos
deus. Arma dei adiutoria eius in sanctis vnde vbi Apprehende ar-
ma et scutum. Scutum dei est protectio eius vbi Scuto bone voluntatis
tue etc. Framea est vltio diuina in impios vnde vbi Effunde frameam.
Arcus dei est intencio comminacionis diuine vbi Arcum suum tetendit et
parauit. Sagitte dei sunt precepta diuina vel apostoli vel flagella
vnde vbi Emitte sagittas tuas. Gladius dei est vindicta vel
sermo dei. apostolus Viuus est sermo dei. Tuba dei est vox diuina
manifesta. Currus dei est sedes dei vel quadrisonitas cum
gloria. vnde vbi Currus dei etc. Virga dei regni significatio vel correc-
tio discipline vbi Virga tua. Baculus dei est sustentacio con-
solacionis vnde vbi Et baculus tuus ipsa etc.

Hec sunt de libro sancti Augustini De essencia diuinitatis
dei et de inuisibilitate et immensitate eius Capitulum

Simplex enim natura est immutabilis atque imperturbata neque est
aliud ipse et aliud quod habet secundum ipsum et quod habet et
quod est. Configuraliter video caput vero legimus ipsam essenciam diuinita-
tis eius que omnia precedit et cui vniuersa subiecta sunt intelligere debe-
mus. Capillos vero capitis eius sanctos angelos seu vniuersos ele-
ctos simpliciter accipi oportet. Oculos habere dicitur pro eo quod omnia
videt et nichil eum latet. aliter vero oculi domini respectus gratie
intelligitur. Palpebre domini occulta atque atque incomprehensibilia

iudicia eius sine spiritualis in divinis libris locutio innuit. Au-
res cordis dicitur propter quod omnia audit et intellectualiter illi sub silentio
latet. Fauces dei inspiratio eius in corde fidelium. Fauces dei
cognitio divinitatis eius ad electos. Aliter vero fauces dei significat
invisibilem essentiam divinitatis filii dei. Os dei filius dei
patris id est Christus dominus. Aliter vero sermo eius sine visio accipitur.
Verbum dei filius dei patris. Lingua dei mistice signat spiritum sanctum
per quem deus pater secretum suum hominibus manifestat. Labia
dei utriusque testamenti concordantia intelligitur. Brachia
dei patris filius eius et spiritus sanctus intelligitur. Ysaias: Et bra-
chia mea populos iudicabunt. Aliter vero dextera dei significat
gloriam patris vel eternam beatitudinem. Dicitur autem dextera dei ele-
cta creatura in celo et in terra, sicut et per sinistra filius in-
telligitur reproba creatura. Manus dei dicitur ut ibi: Digitus
dei singulariter spiritus sanctus accipitur, a quo lex in duabus tabu-
lis lapideis in monte Syna narratur esse scripta. Hec enim scripsit
qui scribenda dictavit. Sicut enim digiti cum manu vel brachio
manus vero seu brachia cum toto corpore unum sunt, ita pater
et filius et spiritus sanctus tres quidem sunt, sed essentie una substantia divinitatis.
vel ut sunt digiti dei pluraliter sancti intelliguntur apostoli et prophete quos
spiritus sanctus libro legis et prophetarum sua inspiratione descripsit,
de quibus psalmus: Videbo celos, opera digitorum tuorum. Per celos
enim librorum legis ac prophetarum, per digitos ut dictum est prophetas
insinuat. Ymago dei invisibilis filius est unigenitus. Aliter
natus est ymago dei patris in filio, id est non aliunde sed a semetipso,
id est de substantia sua per omnia sibi genuit equalem. Aliter vero in ani-
[illegible] quoniam non ex se, id est de sua substantia, sed de nichilo creavit. Sicut
aliter est ymago cuiuslibet regis in filio eius, que a semet-
ipso sibi similem genuit. Aliter vero in anula eius sive in cera
est ymago illius expressa que non est ex ipso. Cor dei patris
archanum sapientie eius mistice innuit, ex quo videlicet filium suum in-
possibiliter sine initio, ipso dicente per prophetam: Eructavit cor meum verbum
bonum etc. Alas habere legitur deus pro eo quod more avis electos su-
os tamquam pullos gratie sub se colligit et fovet, et ab insidiis
dyaboli et malorum hominum protegit. Unde psalmus: Sub umbra ala-
rum tuarum etc. Scapulas habere dicitur, quia infirma membra ecclesie patienter
quasi in scapulis suis portat et portando protegit. Unde psalmus:
Scapulis suis etc. Venter dei patris secreta origo substantie eius
accipitur, ex qua origine ineffabiliter ante omnem creaturam filium
filium suum genuit. Unde: ex utero ante luciferum genui te. U-
terus dei incomprehensibilia iudicia eius mistice insinuat. [illegible]

de cuius vtero egressa est glacies Posteriora filii dei incarnacionis eius accipit que extremo tempore ob redempcionem generis humani facta est. vnde dominus ad moysen Posteriora mea videbis De dextris domini stabilimentum virtutis ac potencia eius eo quod vbique sit presens et vniuersa illi sint subiecta Alias vero pedes filii dei incarnacio intelligitur sicut humanitas que diuinitati subiecta est tamquam capiti pedes sicut per eo quod eciam sicut mundi ipsa incarnacio facta est Aliter per pedes dei id est christi significati sunt predicatores de quibus dicitur Appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius Vestimentum filii dei aliquando caro eius que a diuinitate assumpta est aliquando accipitur ecclesia que per fidem et dilectionem ei coniuncta est Palmi christi iam dicta ecclesia intelligitur Calciamenta mystice signant incarnacionem eius. vnde in ydumeam extendam calciamentum meum id est plebi gentilium manifestabo incarnacionem meam Hec sunt dei aduentus dicitur filii dei in iudeam et regressus eius ad patrem ascendere dicitur deus cum filius dei carnem de nobis assumptam in celum velud captiuam duxit Ascendere super faciem suam deus legitur cum quibusdam reprobis corde contingentibus cuius cognicionem suam abscondit Sedere dicitur deus non corporaliter humano more sed potencialiter super omnem creaturam regnalem presidet. vnde psalmista Deus sedet super sedem sanctam suam Sedere eciam deus dicitur super cherubin quod interpretatur plenitudo sciencie sicut multitudo sciencie per quod significantur sancti angeli sedet et in sanctis suis eo quod sciencia eius et dileccione pleni sunt. psalmus Anima iusti sedes est sapiencie id est christi Descendere deus in mundum legitur cum nouum aliquid quod ante non fuerat in creatura operatur Transire deus dicitur cum a cordibus quidem hominum in quibus ante fidem habitare credebatur postea surripiente perfidia vel quolibet delicto ab hiis recedit et ad alios transit quemadmodum de iudeis ad gentes de hereticis ad catholicos

Exempla multa de cibalibus et specialiter de quodam monacho qui male pascebat suos fratres

Quidam abbas dedit monachis suis tria fercula tantum Dixerunt monachi iste parum dat nobis comedere rogemus deum vt cito moriatur et sic erat rogatum sic quod alia cito mortuus est Substitutus est autem alius qui tantum duo dedit fercula Itaque monachi dixerunt Nunc magis orandum est vt moriatur iste Tandem mortuus est Substitutus est tercius qui tantum vnum ferculum dedit Irati monachi dixerunt iste pessimus est inter omnes et fame nos interficit rogamus deum vt cito moriatur Dixit vnus monachus Rogamus deum vt det ei longam vitam teneat eum nobis Alii admirati et mirantes quererebant quare hoc diceret. qui ait. video quod peius erit malus

scitus peior. Iste possit Timeo cum fuit mortuus alius peior suc-
cedit qui penitus nos fame vincet
Ansus rapuit sibi unam columbam et de-
voravit. Alie columbe accepto consilio conquerunt et di-
xerunt duci. Est autem dux avis magno capite et maior
aquila et ideo et ideo columbe agreste sunt ei de miso qui faciat
eis iusticiam quia sua socia interfecit. Audita querela respondit
dux cum magna intergitate Kilot Domino audito dixit co-
lumbe quod bene intonuit Kilot de miso faciet unum morsellum
Iterum venit ad aliam columbam et rapuit. Accesserunt columbe ad
ducem postulantes quod faciet eis iusticiam. Respondit Kilot Kilot quod
sonuit ducat. Optime faciet iusticiam. Rursus tertiam columbam acce-
pit. Columbe iterum venerunt ad ducem ut iniuria reciperent et
ipse respondit Kilot. Tunc audientes dixerunt. Quid est hoc quod sem-
per dicit Kilot et nunquam facit iusticiam. Recedamus a regno suo
et infestemus eum sicut pessimum et stultum. Bene est quod tunc columbe
et aves que viderunt ducem infestarunt eum. Sic plerique qui principes
et dominos clamat quod reges et maiores faciat iusticia de iniuriatis. Di-
cunt faciam et sicut unum Kilot. Nunquam quod faciunt hoc et ad
falsas persistentes refert qui dicit Kilot Kilot Sabo Sabo et
nichil aliud habet a talibus nisi unum Kilot. Sic de stabo
cum aliis facit tumultum quod dominus faroishe promittunt repas et dat
aut veritas etc.
Columbes invenerat nidum de rosis et floribus aromatum. Dixit
aquila rex avium quod nidus ille deceret avi nobilissime
et fecit vocari volucres celi. et querebat omnibus audientibus
que esset avis pulcherrima respondit cuculus. Cuculus. et iterum
querebat aquila que esset avis velocissima. Dixit cuculus.
Tercio querebat que esset avis fortissima. Dixit cuculus. Iterum que-
rebat aquila que avis melius cantaret et dixit cuculus. At
indignatus ait: Cucula infelix semper te laudas et nunquam a-
lios commendas. et tu nec es pulchra nec nobilissima nec
fortissima nec bene cantas sed semper idem clamas et ideo sunt in
condempnationis quod te penitus quod nec istum nidum nec alium in-
quam habebis. Unde cuculus semper posuit ova sua in nidum
alienis. Sic plerique religiosi semper seipsos commendant et
opus suum laudat. Quere a religiosis quis ordo sit me-
lior. Dicunt fratres minores sunt perfectiores. Cistercienses monachi
nigri omnes se laudant. Sic plerique magistri dicunt suas summas
suos tractatus meliores. Sic milites et omne aliud genus ho-
minum semper cantant cuculus sed magistri et fratres se seipsos vilipen-
dunt. Unde Gregorius. Tunc opera tua preconia reservat tibi apud

nos inceptos per simulitate decipitur Idem dicitur in tra glam grego
place ei qui de celo nos aspicit non curamus Job xxxi si osculatus
sum manum meam ore meo que est iniquitas maxima Augustinus Anima
sua osculatur qui laudat quod operatur et hec est iniquitas maxima
Augustinus Anima lavari vult ab hiis vituperante te non defenderis
ab hiis iudicante te nec cupiet ... te Gregorius Iusti bo
na sua non vident que vident aliis .i. placent . ideo inde mens di
gnior efficitur unde sibi indigna videtur . Unde veritas nos instruit dicens
luce xvii° Cum feceritis omnia que precepta sunt nobis dicite . servi
inutiles sumus quod debuimus facere non fecimus

Cornix scilicet videns se turpem et nigra gesta est
aquile . aquila surgit et quelibet accipiet unam plumam de plumis a
vibus et fecit sic accepit de cauda pavonis de alis aquile colum
be et sicut sibi placuit decoris avibus Cornix videns se ornata
cepit deridere alias aves . venerunt ergo aves . et conquerebantur aquile
de superbia cornicis Respondit aquila . accipiet quelibet avis suam
pennam et sic humiliabitur Annon facto cornix derelicta fuit et nuda
sic miser homo de ornatu suo superbit Exornat ovis lana sua
terra lumine boves corio et capre cornu suum Ciragrali et agni pe
lles suas . et remanebit miser homo nudus et turpis et ita
fiat saltem in die mortis qui nichil secum portabit de bonis
suis . hoc exemplum valet contra divites qui de multitudine divici
arum suarum gloriantur sed deus eas auferet et sic humiliatur

Usurarius in nido accipitris
peperit ovum suum in quo creatus est pullus alii fecerunt simul quod
nidum sed pullus usurarii semper maculat nidum . qui dum accipiens
accepit ait Quis est qui nidum maculat Ancilla pulli dixit
de pullo usurarii Tunc accepit accipiens pullum usurarii et extra
nidum proiecit dicens de ovo te eduxi de natura non poterat
et confractus est totus . sic deus hos pullos suos in nido celi qui
celum sua maculat . et ideo quod celum proiecit eos in puteum
inferni ubi pessime confugent . hoc exemplum valet contra curiales qui
socios invident et accusant tales etiam quibus tota curia maculat

Vetula que pomum
Una sua in nido ... Brunette . Brunetta vero pullum cuculi nu
trit et tantum magis magis efficitur . venit brunetta cibum offert . pullus
cuculi os suum aperit et deglutivit et devoravit Sic plerique tum ultimum
nutriti et promoti fuerunt per aliis contra illos insurgunt et dimisimus
molestat . tales sunt filii cuculi . filii parentes et fratres fratrem si posset
devoraret ut hereditatem possideret Tales dicunt filii ... eius in rez
et magistrum suum interficeret maledicta sit talis nutrita

Ortica manens in locis humidis
et ymis rogavit aquilam ut portaret eam in altum despexit

cum vidit campos colles et montes et nemora. accepit aquila
tortuca in altum portavit et dixit tortuce: vides iam que nunquam
vidisti montes Dixit hec video vellem hic esse in foramine meo
Et ait aquila sufficiat tibi hec omnia vidisti. et dimisit eam
cadere et tota confracta est. Moralitas. Aliquis venit in paupertate
tecto et desiderat et desiderat ascendere et super pennas ventorum vo-
lare Rogat aquilam i. dyabolum qui aliquando eum exaltat quia
per peccata et rapinas. et prelaturas ascendit et dyabolus ipsum por-
tat cum intelligit statum suum periculosum esse et mallet esse in pau-
pere tecto. tunc dyabolus facit ipsum cadere in puteum inferni ubi totus
constringitur etc.

f

Cum lupus ab uno osse strangulabatur quesita fuit medicina:
Dixit subditi sui Ciconia que longum rostrum et poterit hoc
os a gutture extrahere. Quesita est ciconia et merces ei magna
est promissa. venit et os a gutture extraxit mercedem quesivit
lupus nichil dare volunt dicens Nonne cum caput tuum in ore
meo fuit potui te interficere non sufficit tibi quod permisi te vivere
Sic et rustici et pauperes cum serviunt dominis suis nullam mercedem
habere possunt. dicunt ei domini homines mei es. nonne magnum est si
te non occidimus si te permitto vivere

Vetula quidam dicitur tempus sancti Martini in yspania parvula ad mo-
dum reguli habet cum gracilles tybias. contigit quod sole
calescente circa festum sancti Martini procedit se circa arborem ad solem
et erexit tybias suas dicens Hyac si celum caderet eam sustinere
et cum tybias meis. et cecidit folium unum iuxta illam et cum
eum super tybias meas. evolavit dicens O sancte Martine cur non succurristi ancille
tue Tales sunt multi qui ad tempus credunt et tempore tem-
tacionis recedunt. tales fuit petrus qui paratus fuit in mortem
et in carcerem ire et cum vidisset dominum male tractari i. ad vocem
ancille. ait mulier nescio quid dicas non novi illum filium esse
intendentes et mittentes arcu positi sunt in die belli etc.
Capitanei quibusdam militibus qui cum sicut caput ferratum vel
non sunt timida dicunt se stare contra reges francigenas et debellare
fortissimos Sed cum sunt communi et vident gladios vel lanceas
tunc se dicunt o sancte Martine succurre ancille tue

Vidam calvus habens oculos lacrimantes insufficiebat predices
Et ait una Aspice quam bonus et sanctus homo. Et alia ait Aspice
armanda dicas cum bonum. respondit nonne vides eum lacrimantem
Et altera respondit Nonne vides qualiter nos interficit Sic plerique
sunt lacrime quibus qui lacrimando nos interficiunt Sic clerici
prelati et magnates ut videtur hic orant lacrimantur

stamas dant sed simplices et subditos excoriant et puniunt male
dicte sunt oraciones et lacrime talium etc.

Vedem amicula dicitur frangens os et rostro suo ossa frangit
et pinguedinem et medullam comedit. Quando per duriciam os non potest
187 Erat quidam rex qui habuit unam filiam caram cui edificavit pulcrum pallatium in quo manebat ad nuptias ei una pedissequa que cum filia regis in pallatio manebat. Habebat tamen nuntios qui describebat habuit et unde et quid ipse foris agebat ipsi reserabant. Contingit [illegible] esset ipsi que filia regis et pedissequam tam regi quam aliis multum displicebat. Moralitas. Rex iste est deus filia eius tam pulcra est anima. Pallatium edificatum est corpus de quatuor elementis fortum. Pedissequa est caro. Si pedissequa vel nutrix est bona et puer bonus erit. Nuntii sunt aures et lingua per que cor in [illegible] et lingua loquitur. Unde psalmus: Tempus loquendi tempus tacendi et tempus ridendi. Tempus tacendi est in die iudicii quando peccator peccatum obtinuerat quia quod cum loquitur contra clamabit elementa. Lingua tristis resonabit et [illegible] allegabit. Ita cor [illegible] tempus describit quibus flendi loquendi ridendi. Primum tempus flendi est quadragesima. Secundum ridendi est pascha. Sed nunc tempus est loquendi. Sed quid loqui debemus tamen duo scilicet in confessione et in oratione. Item tres [illegible] requisiti sunt. Unde est fortius in mundo. Unus dicit quod vinum. Alter dicit quod mulier. Tertius dicit quod rex. Et omnibus vincit divinum [illegible] est spiritus sanctus qui apostolos [illegible] inebriavit quod totum mundum quod vicerit [illegible]. Est virgo beata maria que ipsum regem duxit ad hoc quod passus fuit quia si caritas [illegible] non fuisset passus non fuisset. Rex vero est oratio devota quia rex in suo regno potest facere quod quod vult. Ita devota oratio potest intrare in conspectu dei et obtinebit quod quod placet.

Legitur in vitis patrum quod quaedam heremite querebat [illegible] quod quilibet diceret suam virtutem 197

Primus dicebat quod esset multum humilis
ut sibi videbatur. Secundus dixit quod es-
set paciens. Tercius dixit quod li-
benter audiret verbum dei vel loqui
de deo. Quartus dixit quod libenter
oraret. Isti quatuor orantes con-
cordes quod deus eis manifestaret quis
eorum videretur aptior. Et audierunt
vocem dicentem: Primus ex vobis me
rapit. Secundus me tenet. Tercius
me ligat. Quartus me deducit quo
vult et sic quilibet tenebit in suo
loco etc.

Quidam rex nobilis potens
atque sapiens uxorem habuit
dilectam que debite dilectori in uxor
tres filios apud eum genuit ex
adulterio qui semper erant patri rebelles
et in nullo obedientes nec similes.
Deinde de regine semine genuit
quartum filium et instruxit. Accidit
autem ut rex finito vite sue dierum mo-
reretur, corpus autem suum in regali sar-
cophago clauditur. Post cuius obitum
quatuor filii super dominio regni litiga-
bant. Miles quidam qui erat quondam
secretarius mortui regis specialis
regni primatibus et militibus sic di-
cebat: Audite consilium meum. Expe-
dit vobis ut corpus sepulti regis de
sepulcro tollatur et quicumque filiorum
arcu sagitta teneat et quicumque cor
eius profundius sagittaverit ille regnum
habeat. Placuit omnibus consilium et
patrem suum de loco effoderunt et
ad arborem ligaverunt. Primus sagitta
iaciens manum dextram patris sui
vulneravit quam de re tamquam heres
unicus et regni dominus gestabat.
Secundus torquens sagittam primus
in os patris sagittavit. Tercius at
corpus patris perforavit qui se pre-
prius fratribus regnum putabat sine
omni lite certissime possessurum. Quar-
tus vero cum accederet corpus patris
quievit ingemuit et voce lamen-
tabili dixit: Absit a me quod ego
corpus patris mei vivum aut mor-
tuum unquam ledam et osculabatur
eum. Hiis datis Principes regni simul
quod totus populus eundem iuvenem
eligentes tamquam verum heredem et re-
gem eum in patris solio locaverunt.
Et alii tres fratres omni dignitate sunt
privati ~~[illegible]~~ Rex nobilis
sapiens atque dives designat regem
regnum scilicet regem regum qui humanam
naturam per dilectam speciali privilegio
sociavit que tandem fornicata
post deos alienos debite dilectori
in uxor tamquam adulterata tres filios
genuit scilicet paganos iudeos et he-
reticos. Primus manum dex-
tram regis vulneravit dum doctri-
nam eius ipsi pagani repulerunt
et suos famulos ad eos missos valde
vulnera et mortis supplicia inferebant.
Secundus filius videns regem regum
naturaliter in os sagittat quando dicebat
iudei crucifige eum ligno denique
potum cum felle potaverunt et aceto.
Tercius filius scilicet hereticus regem summe
non desinit cottidie perforare cum
tali iaculo et hoc quod heretici inducunt
fideles quibus et cor vivum et anima

in christo iaculis sue prudentie doctrine galatearum de quibus psalmista: Et acuerunt linguas suas. Et ibidem: Sagittas suas in pharetra. Sed certus filius id est homines christiani et sanctus in re verum sede corporis patientes sui. Sed domini ihesu christi sed debet illud considerare et obediens esse in omnibus et mandata ipsius custodire ipsum diligere ex toto corde et ex tota mente et proximum suum sicut se ipsum diligere. Talis elevatur a principibus id est a sanctis angelis et omnibus sanctis in solium sui patris hic sed in vita eterna ubi cum christo regnat sine fine etc.

136

Quidam fur ad cuiusdam divitis domum nocte venit ascendit tectum auscultare cepit si aliquis in domo vigilaret. Quod hospes in domo considerans suaviter uxori dixit: Interroga me alta voce qualiter bona que habemus acquisiciam et non desistas quousque dicam tibi. Tunc illa dixit: O bone domine dic mihi cum non fueris mercator nec usurarius qualiter tantam pecuniam quam habes acquisisti. Vir quasi coactus precibus ait: Noli alicui dicere que dico tibi: fur quondam fui et nocturnis furtis que nunc habeo congregavi. Cui illa: Mirum quod non fuisti deprehensus. Cui maritus: Magister meus docuit me quoddam verbum quod septies dicebam et tunc per aliquam fenestram vel foramen in domum super radium solis vel lune descendebam et sic sepe evasi. Cui illa: Obsecro te domine dic mihi illud verbum tante virtutis tociens furabaris. At ille: Tibi dicam, nulli alteri dicas. Et verba ista septies dixi: fallax fallax. Hic dicto illa obdormivit. Sed vir finxit se dormire et stertebat. Tunc fur gavisus dixit septies id est verba predicta et super radium lune laxatis manibus et pedibus sedere voluit per fenestram in domum cecidit et magnum sonum fecit fracto quasi crure et brachio iacuit semivivus. Dum autem hospes evigilans a sompno quereret quid hoc esset et quare ita dixisset. At ille: Verba fallacie me deceperunt. ~~Reg~~ Fallax hunc ledit qui verbis eius obedit. Sed qui non credit sibi tutus ille recedit // ~~[illegible]~~ Fur iste est dyabolus qui per malas cogitaciones peccati cottidie hominibus foramen facit per consensum. Vir cum uxore dormiente est bonus prelatus qui cavere est despensatus qui inter se debent copulari quid dyabolus facere faciat eadem per radium lunarem id est per graciam spiritus sancti qui nos intus illuminare debeat. Dyabolus est fur qui in nocte peccati animas laborat capere et ideo prelato necesse est semper vigilare ne oves sibi rapiat et eas secum deportet etc.

124

Quidam miles quendam regem a quo feodatus fuit graviter offendit. Misit ad regem milites et amicos ut pro eo intercederent. Rex eius amiciciam sub hoc pacto obtinuit sed quod ad curiam regis

Pedester et equester id est semi ambulans et semi equitans veniret et quod secum duceret fidelissimum amicum et ioculatorem suum et inimicum suum profidissimum. Qua de re miles totaliter cogitare cepit quomodo ista adimplere posset. Quadam vero nocte cum peregrinum quendam ad hospicium recepisset occulte dixit uxori sue. Scias quod peregrinus magnam pecuniam secum portat. Volo igitur si tu consulis ut hunc peregrinum occidere et habebimus pecuniam. Ait illa bonum est consilium et placet. Cunctis dormientibus in domo circa diluculum miles surrexit et peregrinum suscitavit et abire fecit et unum de vitulis occidit et in frusta fecit posuitque ea in sacco et excitavit uxorem dans quod ei saccum ut in angulo domus absconderet et dixit. Caput cum cruribus et brachiis in hoc sacco posui totum autem corpus cum intestinis in stabulo sepelivi. Hec dicens uxori aliquantulum de pecunia dedit ac si eam peregrino mortuo abstulisset. Cum autem dies esset ut se duo regi presentaret accipiens adventus tamen et filium suum parvulum in gremio et uxorem suam assumpsit canemque pulcherrimum post se adire fecit cepit. Cumque castris regis quod erat vicinum appropinquaret. Dextrum crus suum super dorsum pulcherrimi sui posuit velud equitans et incedens per aliud gradiens pedester quod pedester et equester castrum regis et curiam subintravit. Quo viso rex cum astantibus mirabatur. Ait autem

rex ubi est amicus tuus fidelissimus. Miles statim evaginavit gladium vel cultellum et canis aurem abscidit. Canis cum clamaret et fugeret ad parvam horam vocavit eum ad se. Canis sanguinolentus statim ad militem. Et inquit miles. Ecce domine amicum fidelissimum mecum adduxi. Cui rex ubi est ioculator tuus. Ait ille parvulum suum filium ostendit dicens. Ecce domine non est ioculator in mundo qui mihi tantum solacium conferat sicut cum filium meum coram me ludere video. Dixit ei rex ubi est inimicus tuus. Statim uxori sue dedit alapam dicens. Quare tu tam impudice dominum meum regem intueris. Illa statim clamabat. Maledicte homicida quare me percutis. Nonne in domo tua lamentabile homicidium perpetrasti. Audite domine rex propter modicam pecuniam quendam hominem pauperem peregrinum occidit. Quod miles audiens iterum ei dedit alapam dicens. Maledicta cur falsum dicere non formidas. Que ira statim accensa coram omnibus exclamavit dicens. Venite in domum suam et ostendam vobis locum in quo abscondit caput crura et brachia et sepelivit ad stabulum in quo totum corpus dereliquit. Ob hoc astantes ad preceptum regis ad hospicium militis properaverunt. Primus autem miles saccum aperuit in quo partes vitulinis carnibus. Et defossis terram defodientes visis carnibus obstupuerunt. Astuciam quod militis cognoscentes dignis ipsum laudibus

contulerunt. Cum postea domino regi
specialiter vinctus esset anxius ~~cristi~~
Iste miles qui suam regis
graciam perdidit est quilibet peccator qui
ad optinendam domini graciam debet mittere
milites et amicos id est apostolos et alios
sanctos. Sit autem dominus suus satisfaciat
venit pedester et equester precedens
dico quod bona temporalia et terrena conte-
mplando. Tunc quia suum adeptus est
panniculo suo fidelissimo secreto adduxit
id est angelum vel confessorem suum qui animam
suam habent custodire qua licet sepe
gladio peccatorum suorum vulneravit et offe-
dit tamen fideliter ut amicus suus se-
creta coram familia et principibus reve-
lare et dolere deberet. Tenebat
osculatorem id est sinum peccatorum in gremio
id est in consciencia que si bene regatur anima
mea delectat. Morte non sua assumpsit
pro minimo suo confidissimo secreto duxit id est car-
nis molliciem aut demonum falla-
cia sive mundi que sua secreta coram
familia regis et amicis et coram suis
angelis atque omnibus suis innumerante
mortis hora in perdicione perdit qui
peccatas fallacias sic fefellit occulte
vitulum mactando et in secreto domi
angelo fortificando ut contra vim homini-
dum impetrando id est modicum in debitum
non existendo sed ieiuniis et orationibus
aliis quod bonis operibus sapienter insis-
tendo per que tandem sui graciam domini
quam perdiderat rehabebat. Studea-
mus vitam nostram emendare ut bonis
operibus insistentes etc. Et vinculat
Et merito laudabiliter miles ... et dis[illegible]

Erant duo fratres carnales unus
clericus et alter laycus. Sed illi
in quodam claustro fuerunt recepti ad
chorum. Cum autem clericus tempus suum can-
tando legendo dictando consumpsisset
deducte. Quadam vice fratrem suum
interrogat quid tempus suum deduxerit
litteras ignoraret. Cui ille: Olim litteras
didici quas cottidie volvo et revolvo
in corde meo. Quarum prima est ni-
gra, secunda rubea, tercia candida esse pro-
batur. Cui dum inquireret nomina
litterarum illarum ille: Videlicet prima est
recogitacio omnium peccatorum meorum que
tanquam nigra sunt et pena que
torquet et cruciat cor meum et erit
cogitacio tenebrarum caliginis et inferni. Secunda
est rubea que est recordacio rosei san-
guinis creatoris mei que in cruce
pro me misero peccatore de quinque vulneribus
sui sacratissimi corporis fudit misericor-
diter et habundanter sive habunde.
Tercia est candida sive desiderium celestium
gaudiorum et eorum que sequuntur agnum
dei in albis quocumque ierit. His au-
ditis clericus erubuit simul cum
doctrine dictibus litteris fratris sui oc[illegible]
sua quod nichil reputabat. Nullus ergo
clericorum vita aut mores diiudicet
simplicium laycorum nescit homo utrum
odio vel amore dignus sit etc. Quid
quod agunt homines intencio iudicat omnes

Rex Tharsis qui tres magos
qui Christo munera obtulerunt
in honore eos habuit et eos in Colo-
niam pervenit. Et tres coronas aureas
regaliter factas eis obtulit exemplum

ibidem pauperibus distribuit elemosinas
ipsos honorando. Quadam autem noc-
te cum dormiret vidit in sompnis
tres preciosas coronas quas eius de-
siderat in capitibus eius descendentes cum
magno lumine et claritate ad se ve-
nire et audivit singulos singulariter
sibi dicere. Primus scilicet senior sic ad ipsum
dixit O frater multa hic thesauri sed plu-
rima tecum deportabis. Secundus dixit
O frater infeliciter venisti sed multum fe-
licius ad patriam remeabis. Tercius dixit
fide audisti sed completis viginti quat-
tuor annis mecum in celestibus nobiscum
regnabis. Primus ergo dixit offerens
ei pixidem plenam auro. Accipe
thezaurum sapiencie per quem tibi subiectum
populum iuste iudicabis quia honor
regis iudicium diligit. Secundus accepit pi-
xidem cum mirra ei obtulit dicens
Accipe mirram penitencie per quam carnis
motus illicitos refrenabis quia optime
regit qui se et ipsum bene regit. Tercius
ei obtulit pixidem cum thure ple-
nam dicens Accipe thus devocionis
per quod miseros levabis quia sicut
ros herbam irrigat ut crescat sic
clemencia regis ipsum ad peccata prelati
exaltat. Spiritualiter. Rex iste David
primo potest dici quilibet bonus christianus
qui tenetur tres coronas offerre tribus
regibus scilicet patri et filio et spiritui sancto. Primo
tenetur offerre coronam fidei quia potens
est quia nos ex bono fragili fidem
potenti quia potest opprimere et anichilare.
Ista corona scilicet fidem in baptismo
fideliter promisisti reddere cum abrenun-
ciasti diabolo et pompis eius. Secun-
dam scilicet spem filio tenemur reddere
quia sapiens est et pro nobis natus est. Quod
spem in ipsum debemus habere patet ex multi-
plici de causa. Primo quia nos in tantum
dilexit quod de celo descendit et diabolum
vicit. Secundo quia pro nobis est et pro nobis
passus est et ideo spem etiam sibi cotti-
die offerre debemus. Tercia coronam amoris
offerre debemus spiritui sancto quia ipse amor
patris et filii est et per eum amorem dei
et proximi habere et invenire possimus.
Et si ista tria pio corde offerimus sine
dubio ista tria que secuntur a patre et
filio et spiritu sancto obtinebimus. Primo
a patre aurum et thezaurum virtutum per
quas virtutes possimus corpus et animam
regere et contra diabolum mundum carnem
pugnare et sic deo placere et vitam
eternam possidere. Secundo a filio pixidem
cum mirra per quam corpus mundum intelligi
mundatum per mirram penitencie quia ipse nobis
viam penitencie ostendit in cruce. Tercio a
spiritu sancto thus scilicet graciam suam ut simus
devoti plena caritate et quod omnia opera
que facimus gracia dei deleatur et vitam
eternam habeamus. Quam nobis prestare dignetur
pater et filius et spiritus sanctus etc.

764

Habetur in quodam libro de
colloquiis Petri ad Ihesum. Vidi
quosdam viros quos aliqui honestos
sinceros arbitrabantur. Primo vidi
comedere avenam mali ita avide
ut per utraque parte oris exiret. Secundo
vidi statuam suum fonte sulphureo
et pice plena de qua fetor intol-

scabilis exivit. Tercio vidi in arde-
ti fornace iacentem cui licet talis calor
sufficere non valebat unde mittebat
tamen scintilla de fornace volantes.
Quarto vidi super pinaculum templi sede-
tem ut ventus carpet et ossa appa-
ruit quod omnis homo aperto ore eum
videret. Quinto vidi qui membra sua
manus et pedes et quod quasi morsu suo
devorabat et alios deridebat.
~~Moralitas~~. Per primam personam que aliena
iniuste concedebat scilicet possumus com-
parare avarum hominem. Ecc. Avarus enim et
semper non habet et tamen laborare non cessat.
Luce de divite qui dixit Destruam
horrea mea. De secundo qui sedit
super foveam talis significat luxuriosos et
gulosos hominibus applicabitur et quorum
deus venter est. De tertio qui vidit
in ardenti fornace ille significat illos
qui divitiis et honoribus se exponunt
ut eis sufficit ea que habent et dicunt
ambiciosi de quibus dicitur Nonne abstu-
listi pignus fratrum tuorum sine causa
et nudos spoliasti. De quarto qui sedit
super pinaculum templi significat isti
qui omnia opera bona sua faciunt ut
videantur ab hominibus sicut ypocrite.
~~Math. in Evang.~~ Amen dico vobis
receperunt mercedem suam. De quinto
qui membra sua devorabat per illum
significantur detractores qui omnia opera
bona sua denigrant ut a detractoribus
cessare velint etc.

Refert Valerius quod Zelogus 50
imperator statuit pro lege ut
si quis virginem deflorasset

utroque oculo privaretur. Contigit quod filius
principis filiam cuiusdam vidue deflora-
ret. Mater hoc imperatori ostendens
ait: Domine legem quam fecisti impleri
facias amore dei. Ecce filius tuus
filiam meam rapuit et eam oppressit. Rex
hec audiens precepit ut duo oculi filii
eruerentur. Dixerunt satrape ad
regem: Domine tu unicum filium habe-
tis qui heres tuus esset unus
vicarius et dampnum toti mundo quod im-
peratorem certum post discessum tuum non
haberemus. Et ille: Nonne vobis
constat quod ego legem istam edidi et
opprobrium mihi esset quod legem istam non
tenerem. Sed ex quo filius primus
contra legem fecit supplicium legis per-
petrabit. Sapientes dixerunt: Roga-
mus una voce quod apud filium vindic-
tam non faciatis. Rex non precibus
eorum victus ait illis: Ergo ita
sed audite me. Oculi sui sunt oculi
mei. Ergo dextrum oculum meum eruatis
et filio meo sinistrum et tunc lex
erit impleta. Et sic factum est. Unde
omnes regem laudabant quod erat
tam iustus iudex in omnibus etc.
~~Moralitas~~. Imperator iste est dominus
noster Ihesus Christus qui istam legem edidit
ut quicumque virginem defloraret id est animam
in baptismo lotam duos oculos a-
mittere deberet scilicet visionem dei et omnium
electorum. Contigit quod contra legem fecit
sed quilibet homo qui per peccatum animam suam
deflorat. Sed Christus qui est pater noster
omnium unum tamen oculum in cruce amisit
scilicet vitam suam apud patrem. Et ideo de-
bet ut unum oculum tunc id est os gaudias

tias et carnis delicias pervenire ac[illegible]

198 Alexander Poro regi Indorum
tamquam miles intravit in forma militis
simplicis explorando eius potenciam et
statum. Quem Porus rex putans Anti-
gonum Alexandri militem honorifice
suscepit. Alexander se Antigono
nomine per cuncta fercula de latone(?)
vasa argentea deaurata dapiferis
clam et furtive vendicavit et misit
in sinu suo tamquam esset sua. Cau-
satus enim et Poro regi imputatus
est et sic reddit: O domine rex ego
audiens maximam famam tuam super
famam Alexandri in milicia et ex-
pensis ego simplex miles ad te veni
ut tamquam maiori tibi assisterem et non
sibi. Nam lex est Alexandri in curia
sua omnes milites in eius mensa ex-
istentes omnia aurea et argentea sibi
tibi allata deferunt tamquam propria secum non
minore eo cenes(?). Eandem consuetudinem
in curia tua tamquam volui servare. Quo
audito milites Pori regis Alexandrum
sunt secuti et honorati sunt magnis
muneribus et cum eo contra Porum regem
bellum inierunt et ipsum Porum occiderunt
et totam Indiam Alexandro magno
subiegerunt. Moralitas. Iste rex Al-
exander est dominus noster Ihesus Christus qui
tamquam in forma simplicis militis i. in habitu
humanitatis curiam istius mundi intravit
et explorans curiam et statum et pote-
nciam quam Porus rex i. diabolus in
mundo habuit qui vasa aurea et
argentea scilicet animas fidelium [illegible] tamquam
propria et omnes fortes et principes qui
eum audierunt et in eum crediderunt
diabolum reliquerunt et secuti sunt deum
dominum nostrum. Vos qui secuti estis eum et etiam
a deo magna munera acceperunt in
vita eterna. Quam nobis prestare dignetur.

57 Titus in civitate Romana regnavit
qui statuit pro lege quod dies
primogeniti sui ab omnibus celebra-
retur. Et quicumque in illo die nativitatis filii
sui aliquod opus faceret morte mo-
reretur. Promulgata lege vocavit
ad se Virgilium magistrum et ait: Karissime, hanc
legem constitui sicut tu constat(?). Nam sepe
multa opera possunt perpetrari et occulte
committi ad quorum noticiam non possum
pervenire. Rogo te ut per tuam industriam
vel aliquam scienciam componas per quam pos-
sim scire qui sunt isti qui contra legem
deliquunt. At ille: Domine, fiat voluntas
tua. Statim Virgilius arte magica quan-
dam magicam statuam in medio civitatis fecit(?)
statuit. Statua illa omnia opera illa die
commissa narrare solebat et per accu-
sationem statue multi sunt morte condem-
pnati. Erat autem in civitate Romana quidam
faber nomine Focas qui in die nativitatis
primogeniti laborabat sicut ceteris
diebus. Cum autem semel in strato suo
iacuisset Focas faber cogitavit
quot per accusacionem statue multi fuissent
mortui. De mane surrexit et ad
statuam ivit et ait: O statua, statua,
tua accusacione multi ad mortem

posita fuit. Romanus dixit: Si me
accusaveris caput tuum frangam et
ideo copulo tibi ut de me nichil
loquaris. Hiis dictis in domum pervenit.
Statim imperator illa hora prima
sicut solitus erat nuncios ad statu-
am misit ut ab ea quererent si aliquis
contra legem aliquid commisisset. Cum
ad statuam venissent et mentem eius
retulissent, ait eis statua: Levate
oculos et videte que scripta sunt in meo
fronte. Illi vero cum oculos suos le-
vassent tria in fronte eius viderunt sz
Tempora mutantur et homines de-
teriorantur. Qui voluerit veritatem dicere
caput fractum habebit. Ideo euntes
di(cite) vidistis sicut vos vultis ad placitum.
Et ait statua: Ite et nunciate domino
vestro hec que vidistis et legistis. Nuncii
abierunt et omnia domino retulerunt.
Imperator cum audisset precepit mi-
litibus ut se armarent et ad statuam per-
gerent et si quis contra statuam fecerit
aliquid eiusdem manibus et pedibus liga-
rent et ad eum ducerent. Milites vero
illuc venerunt et statue exposuerunt impera-
toris salutacionem dicentes quod placet
imperatori quod illum qui contra legem fecis-
set accusaret. Et quis esset qui
minas ei imposuisset. Ait statua:
Capite Focum fabrum, ipse enim est
ille qui in nullo legem tenet
et michi minas fecit. Qui statim Focum
comprehenderunt et eum imperatori presenta-
verunt. Ait ei imperator: Quid
est quod audio de te quod legem non
tenes editam? Et ille: Domine legem
istam tenere non possum quia

omni die octo denarios oportet me
habere et illos non possum habere sine
labore, ideo legem istam non possum
tenere. Ait ei imperator: Et quare
sunt octo denarii? Qui ait: Omni
die per annum teneor duos denarios
reddere, item duos accommodo, item duos
perdo et duos expendo. Ait impera-
tor: Dic michi planius de istis denariis.
Sic iste: Domine mi, audite me. Duos
denarios teneor dare patri meo
quia ipse michi in iuventute tribuit que michi
indiguit et nunc est egenus et ad
...at ut sibi subveniam in pauper-
tate, ideo omni die duos denari-
os sibi trado. Item duos denari-
os filio meo accommodo qui intrat
scolas, si ipse proficiat michi reddet
illos sicut ego iam facio patri meo
si contingat me depauperari. Item
duos denarios omni die perdo erga
uxorem meam quia non michi conte-
ntatur sed michi est contraria et sua
propria voluntate et propterea quidquid ei do
hoc totum perdo. Item omni die pro
me ipso duos denarios expendo
in cibis et potibus. Istos predictos
denarios non possum habere sine conti-
nuo labore. Date ergo iustum rogo
iudicium. Ait imperator: Satis bene
dixisti; iudicasti, vade et fideliter labora.
Et sic ab omnibus romanis commen-
datus est, et post mortem impera-
toris Focas per suam prudenciam in
imperatorem est electus qui post
tunc imperium regebat. Et ipso
mortuo aliquis remansit in imperio
ipsius inter alios imperatores de-

picta est et super caput suum erant octo denarii depicti sunt. Reducite scripture. Imperator iste est pater celestis qui statuit pro lege quod quicumque diem primogeniti sui violaverit morte morietur. Dies ista est dominica vel alii dies festivitates festivitates ab ecclesia institute. Unde dixit Memento diem sabbati. Sed heu plures plura committunt peccata illo die quam ceteris diebus quia magis visitant tabernas et plus inebriantur quam aliis diebus. Sed virgilius qui statuit statuam intelligitur prelatus sive predicatores ad hoc ordinati quod annunciant virtutes et vicia penam et gloriam. Sed heu predicator potest iam dicere sicut statua dixit Tempora mutantur et cetera. Hic enim manifeste videmus quod quondam tempora erant magis apta propter pacem et bonam vitam hominum quam nunc sunt. Terra enim dabit fructum suum magis habunde quam modo tempora mutantur propter peccata hominum quo homines deteriorantur sicut clare videmus quod aliquo tempore erant magis devoti homines quam modo. Immo in pueris plus regnat malicia quam quondam in senibus. Quare hoc ergo totus mundus in malicia positus est. Ideo si predicator voluit veritatem dicere et peccata divitum et potentum revelare non audet. Et famulus est quilibet bonus christianus qui fideliter laborat cotidie ille tenetur patri suo et patri suo duos denarios scilicet amorem et honorem. Amorem quia ipse nos in tantum dilexit quod pro nobis unicum filium in terram misit morte turpissima condempnari permisit. Honorem quia ab ipso omnia bona procedunt et sine ipso nichil agere possumus. Iste duos denarios accomodare filio debemus. Et quis est iste filius nisi dominus quo legitur Ysa. Parvulus enim natus est nobis filius datus est nobis scilicet filius dei. Et quales ei accomodare debemus nisi duos denarios scilicet bonam voluntatem et bonum actum quamdiu vivimus et quando nos egemus eius in die iudicii et quando nos iudicare apparebit tunc reddet nobis illos duos denarios in vita eterna. Quia ut scriptum est Centuplum accipiet. Iste duos denarios perdimus super uxorem. Uxor ista est caro et corpus nostrum que semper contrariantur spiritui nostro et anime nostre. Duos denarios quos expendimus super ea est mala voluntas et malus actus que communiter operantur ex alia parte. Istos duos denarios perdimus et similiter punientur vel hic vel in futuro. Iste duos denarios cotidie expendimus super nos metipsos scilicet dilectionem dei et proximi scilicet toto corde et tota mente diligere deum et proximum sicut nos metipsos. Si sic istos octo denarios sic expendimus ad vitam eternam perveniemus.

Gencianus imperator regnavit qui statuit pro lege quod quicumque malefactor esset captus et coram iudice ductus si tres veritates dicere posset quas nullus abicere posset

qui vere esset sine omni fallacia quicum-
que malefactor esset vitam ob-
tineret cum omni hereditate. Accidit quod
quidam miles contra imperatorem
surrexit et multa mala in imperio
perpetravit quia multos interfecit. Tan-
dem imperator eum comprehendit
ligatum et ad iudicium fecit adduci. Cum vero
ad esset dies iudicii dixit ei iudex
Karissime nosti statutum legis. Qui ait
Eciam domine. Tres veritates oportet me dicere
si volo mortem evadere. Ait iudex
Cito ergo statutum legis impleas
aut certe eris hodie suspensus in pati-
bulo. Ait ille Domine iudex fac si-
lencium. Quo facto ait ille Ecce
domine hec est prima veritas quam omnibus
dico quod toto tempore vite mee fui ma-
lus homo. Iudex hec audiens dixit
circumstantibus Est ne verum quod iste dicit.
Ait illi domine si non fuisset ma-
lefactor huc in statu presenti non venisset.
Ait illi iudex Dic ergo secundam ve-
ritatem. Ait ille Secunda veritas est ista
[illegible] et multum michi dis-
plicet quod in ista forma huc veni.
Ait iudex iste credimus. Dic ergo terciam
veritatem et te ipsum a morte salva.
Ait ille Hec est tercia veritas Si se-
mel evadam numquam in ista forma
huc in istum locum voluntate pre-
nirem. Dixit ei iudex Certe
satis sapienter te ipsum liberasti
vade in pace et sic salvatus est.
Moraliter. Imperator iste est dominus
noster Ihesus Christus qui statuit legem

istam. Quod quicumque malefactor in presen-
tiam dicto iudice in confessore
dicat tres veritates tam veras quod de-
mones contra illas non possunt obicere
regnum celeste obtinebit. Prima
veritas est quod dicat Ego sum malus
homo et in multis peccatis innodatus.
Secunda veritas est quod dicat Valde multum
displicet quod deum tantum offendi et ideo
per viam contricionis potes dolere. Tercia
veritas est quod dicat Si semel possem
evadere satisfaccione numquam plus
voluntarie ad ipsum peccatum redirem
et sic per consequens vitam eternam recipies

Ezechias regnavit qui tres
filios habuit quos multum dilexit.
Rex iste continue gwerram habuit
contra regem Egypti et omnia sua
expendit preter unam arborem. Ista
magnam virtutem habuit in tantum quod omnes
infirmi qui de fructu eius comede-
bant sanitatem acceperunt excepta
lepra. Cum autem idem rex usque ad
mortem infirmaretur et evadere non pos-
set fecit vocari primogenitum suum dixit
Fili mi te et fratres tuos dilexi quod omnia
que habui in gwerra expendi preter
illam arborem et quia tu es primo-
genitus meus de eadem arbore tibi lego
omne illud quod est sub terra et supra.
Alio vero dedit omne quod est in la-
titudine et altitudine. Tercio vero ait Tu
es filius meus minor tibi lego omnia
de illa arbore quod est planum et
humidum. Ait ille Sicut alii duo be-
nedixerunt patrem dicentes Deus et pa-

teli & tunc tibi retribuet et sic
cumpsit spiritum & honorifice est sepul
tus. Quo facto primogenitus cepit ar
borem occupare tamquam esset sua
hoc audiens secundus ait Quo modo
iure lignum occupas Et ille quia
hereditarius sum quia pater meus dedit
michi de ligno illo omne id quod est
substancia & succus & ideo totam arborem
tamquam meam occupare volo Et ego
pater meus dedit michi longum profundum
& latum in radice & in eius summitate
et ideo lignum est meum sicut & tuum
Hoc audiens iunior frater ait fratribus suis
karissimi quare vultis lignum occupare
plus quam ego Ipse pater meus dedit michi
de ligno omne quod est spissum & hu=
midum ergo meum est tamen & non vestrum
Sed audite me fratres ne discordia
inter nos fiat fratres cum simus Eamus
ad regem qui est hic prope & sicut
rex iudicaverit audiatur inter vobis
sumus contenti Et illi consilium est
bonum & perrexerunt ad regem et unus=
quisque regi racionem suam proposuit sic
superius scriptum est Rex cum audisset
racionem eorum dixit primogenito
Tu petis primus coronam in arbo=
re ideo oportet quod sis primus minutus &
fiat balneacionem de dextro bra=
chio ipsius sanguinem trahere Et
hoc facto dixit rex istis tribus fra=
tribus Ubi est pater vester sepultus
Et illi in tali loco Et statim fecit
eum exhumari et unum os ex cor=
pore extrahi et iterato sepeli=
ri Hoc facto vocavit filios suos
& ait Accipite os istius regis

mortui & in sanguine primogeniti
sui involuite et sinat quanto
possit Hoc facto tunc ad ventum
& ad solem ponite ut sanguis fir=
miter & fortiter adhereat ossi et sic
factum est Cum autem os cum aqua la=
varetur exsiccatum esset & os cruen=
tatum appareret tunc precepit rex ut
lavaretur cum aqua & sic factum est
Cum autem os cum aqua lavaretur statim
sanguis evanuit et os in suo
colore permansit Tunc ait rex
secundo filio sicut primus qui tibi san=
guinem traxit & minutus est et os
patris in sanguine positum ad solem
& ad ventum posuit & cum ibi os
lavaretur cum aqua sanguis evanuit
& os in suo colore permansit sicut
primus Hoc videns rex ait iuniori
filio Oportet te minuere sicut fratres tui
quod & factum est et cum os patris in sa=
nguine eius positum fuisset et
ad solem & ad ventum positum et
exsiccatum fuisset Quo facto cum
os lavabatur cum aqua sicut primus
nec per fricacionem & locionem po=
terat sanguinem evellere ab osse
nec separare quin os semper appareret
cruentatum Quo viso Rex ait Vere
tu es filius legitimus nam sanguis
eius ex osse isto precessit fratres
autem tui bastardi sunt & non le=
gitimi sed ex adulterio occulte
nati sunt Do tibi totam arborem
& hereditatem eius et factum est ita
Sic omnes laudaverunt sapienciam iudicis

q tam prudenter iudicatis. Karissimi
imperator iste est deus qui illius
xpus qui pugnauit contra regem
egipti i. dyabolum et omnia que
habuit expendit in guerra Unde
ipse ait Volucres celi nidos habent
filius autem hominis non habet ubi reclinet
Et nil remansit sibi nisi unum lignum
scilicet arbor crucis et quicumque gusta=
uerit de fructu istius arboris i. quicumque
passionem xpi in mente seu in me=
moria habuerit quicumque egrotauerit
sanitatem recipere poterit et hec prima
uera racionis excepto lepra i. de=
peccato de uita dei Per istos tres
filios designantur tria genera hominum scilicet pri=
mum diuites ac potentes quibus
datur quod est sub et supra scilicet terra
et in aere ita quod omnia obediunt
eis Sed illis uenit aqua superbie
ac luxurie et totum delet ita quod locum
non tenent nec prima in talibus locum
obtinet Per 2m intelliguntur iudi=
ces tam seculares quam ecclesiastici et
talibus uenit aliquando aqua auaricie
i. bursa plena denariis et de bonis
in eis euacuatur Sed numquam extra
tat oculos iudicii Isti duo filii [illegible]
put arborem crucis obtinere nec fruc=
tum eius gustare scilicet vita eterna Per ter
tium filium signatur xpiani simplices quorum
sanguis non potest delere quia aqua su=
perbie luxurie et auaricie et ceterorum
uiciorum numquam delebit bona opera
illorum quia firmiter deo adherent
Et ideo fructus istius arboris debe=
tis scilicet vita eterna etc.

Darius imperator in ciuitate ro
mana regnauit qui tres fi=
lios habuit quos multum dilexit
Cum uero mori deberet legauit primo=
genito totam hereditatem suam Se
cundo legauit omnia que tem
pus acquisiuit res mobiles et in
mobiles Tercio legauit tria iocali=
lia scilicet unum anulum monile et unum
pannum preciosum Anulus ista uirtute
habuit quod quicumque eum habuit in digi=
to gerebat gestabat graciam omnium et
per illam graciam quod quod ab eis quereret
obtineret Monile istam uirtutem habuit
quod quicumque illud in pectore gestabat
quod quod in corde suo optaret quod
esse posset possibile hoc obtineret
Pannus istam uirtutem habuit quod quicumque
super eum sederet et ubi cogitaret ue
nire statim fuisset Et ista tria dedit
minori filio et ait ei Karissime Ionatha
quia sic vocabatur ista tria tibi do quia
aliam hereditatem non habebis nisi ista
tria Sed mater tua ista in custodia
habebit Et cum de istis indiges unum
post aliud tibi dabit Hiis dictis spiritum
emisit et honorifice est sepul
tus Post hec primi duo filii eius
legata occupabant Tercius uero filius
a matre anulum postulabat cum aliis
clenodiis ut ad studium pergeret
Dixit mater anulum tibi trado ut
fortius studeas et caueas a mulieribus
tamen ne forte anulum perdas cum
ceteris clenodiis Ionathas anulum
recepit et ad studium profectus est
in quo satis solliciter studuit Post

Hoc cito una puella in platea
ei occurrit formosa et graciosa et
eam secum duxit in domum et cum ea
iacuit et eam nimis nimis dilexit. Jo-
nathas anulum in digito portavit
et graciam et amorem habebat et quid-
quid ab eis peciit obtinuit. Concubina
cum vidisset hoc ait ei: Domine mi
mala loquuntur quia aurum et argentum
non habes et tamen tibi nichil deficit.
Qui ait ille: Deus plus habet quam aurum
et argentum. Potens est michi dare
necessaria. Et illa per verba dulcia et
suavia istum vicit quod sibi dixit quod
ille anulus talem virtutem habet quod quicum-
cumque in digito portaverit sicut pri-
mus dixi. Et ait illa: Domine mi
in conviviis es et in solaciis cum ho-
minibus, possibile est quod anulum perdes.
Da michi ergo anulum ad custodiendum
et satis fideliter tibi custodiam. Il-
le vero dictis eius credens anulum
sibi tradidit. Cito post hec graciam
et amorem hominum perdidit. Ille hoc
videns quod expense deficerent a-
nulum ab ea peciit. Et illa pre-
sens simulavit et intravit cameram et ap-
peruit cistam et alta voce clamavit:
Heu michi domine, fures cistam ape-
ruerunt et sic illa tamen iocalia ami-
sit. ~~Desiste~~ Imperator iste est
dominus noster Ihesus Christus. Imperatrix
est mater ecclesia. Tres filii sunt
tamen genera hominum in hoc mundo. Per
primum filium intelliguntur divites
et potentes quibus deus dedit
mundum ad propriam voluntatem.

Per secundum filium signantur sapientes hu-
ius mundi qui per sapienciam acquirunt quid-
quid habent [illegible] Desiderantes eligens
paupertatem. Per tercium filium intelligitur
bonus christianus cui dedit dominus
tamen iocalia scilicet anulum fidei, monile
spei graciam et pannum caritatis. In
quamdiu portaverit fidei anulum
graciam dei et amorem habebit
et tamen quidquid desiderat obtinebit
sicut scriptum est: Si habueritis fidem
sicut granum synapis et dixeritis
huic monti etc. Si vero monile
id est spem in pectore portaveris quid-
quid cogitaveris obtinebis. Si vero pan-
num caritatis habueris ubicumque
volueris obtinebis. Quia caritas non
agit perperam etc. Sequitur de p-

19

Domianus imperator regnavit
multis annis qui cum in statu
suo iaceret elevatum est cor
eius ultra quam credi possit et di-
cebat apud se: Est ne alius deus quam
ego sum. Hiis cogitatis obdormivit.
Mane vocavit milites suos et
ceteros et ait: Karissimi comedamus
et ad venandum vadamus. Sump-
tis cibis ad venandum equitavit. Dum
vero equitasset calor intol-
lerabilis invasit eum in tantum quod vide-
batur sibi velle mori nisi in aqua frigi-
da posset balneare. Respexit a longe
vidit aquam latam et dixit militibus
suis: Hic maneatis donec ad vos
redeam. Qui festinanter equitavit
et de equo descendit vestimenta

deposuit et ad aquam intravit et
tam diu ibi remansit quousque totaliter refrigera-
tus fuit. Dum vero sic in aqua fuis-
set, venit quidam ei per omnia similis
in vultu et in gestu et induit se vesti-
mentis suis et equum eius ascendit
et ad milites eius equitavit et ab
omnibus sicut imperator est receptus
quia ipsum omnes credebant ipsum impera-
torem esse quia in omnibus ei similis erat
ad domum imperatoris cum militibus
equitavit. Post hec Jovinianus descendit
de aqua nec equum nec vestes invenit
admirabatur et contristatus est valde quia
nudus erat. Cogitavit intra se Quid
faciam et tandem ad se reversus ait
Hic prope manet unus miles meus
vadam ad eum et vestimenta et equum
mihi dabit et sic ad pallacium ibo et
videbo quomodo et per quem totaliter sum confusus.
Jovinianus ad castrum ivit militis
ad portam pulsavit. Janitor quesivit
quid vellet. Ait ille Januam ape-
ri. Sum Jovinianus imperator. Dic do-
mino tuo ut vestes mittet mihi
et equum quia omnia mea perdidi. Qui
ait Mentiris pessime ribalde quia
dominus meus iam cum imperatore et
aliis militibus ad pallacium equitavit
et iam reversus est et in mensa sedet.
Recte domino meo dictum dicam. Ja-
nitor intravit et militi omnia nar-
ravit. Miles precepit ut introduceretur.
Et sic factum est. Miles cum eum vidis-
set in nullo notitiam eius habuisset.
Ait ei miles Dic quis es. Ait
ille Jovinianus imperator sum
et te militem feci tali die et

tali hora. Ait ille O ribalde qua
audacia te audes imperatorem vo-
care. Jam dominus meus cum militibus
suis ad pallacium equitavit et ego
cum eo sum secutus et sum reversus. Verum
est quod tali die et hora factus sum
miles per dominum meum imperatorem.
Sed quia presumis te imperatorem vocare
impunitus non transibis. Et statim fecit
eum egregie verberare et expellere. Ille
vero sic expulsus et percussus flevit
amare et ait O deus qualiter hoc potest
esse quod ille quem militem feci me
non cognovit. Cogitavit similiter prope est
dux quidam consiliarius meus specia-
lis vadam ad eum et per ipsum habe-
bo vestimenta et equum. Cum vero ad
portam ducis pervenisset pulsavit.
Janitor cum ipsum nudum vidisset
admirabatur et ait Quis es tu et
qualiter sic totaliter es denudatus. Ait
ille Dic domino tuo duci. Ego sum
imperator perdidi totum et ideo ad eum
veni ut mihi in hac necessitate subveniat.
Janitor intravit et duci dixit
quod quidam nudus esset ad portam
qui diceret se imperatorem esse et
introitum peteret. Ait dux Cito
eum introduc ut videamus quis
sit. Janitor eum introduxit sed
dux eius notitiam in nullo habuit.
Ait ei dux Quis es tu. Ait ille
Ego sum imperator et te ad ducem
promovi et consiliarius meus specialis
fuisti. Ait dux insanis miser
et quia presumis te imperatorem vocare
impunitus non transibis. Fecit eum
in carcerem extrahi et ipsum verberare

fecit usque ad effusionem sanguinis et sic recessit. Ille sic percussus et sic male cruciatus magnos gemitus et suspiria emittebat et ait intra se: Heu mihi quid faciam? Opprobrium hominum et abiectio plebis factus sum. Ad pallatium meum ibo et forte mei servitores noticiam mei habebunt. Post suspiria ad pallatium nudus accessit, ad portam pulsavit. Janitor vero hunc cum vidisset ait: Quis es tu? Dixit ille: Et non nostis me? Qui ait: In nullo. Et ille dixit: Hic amor quod portas vestes meas quas tibi dedi. Et ianitor: Mentiris, vestes domini mei imperatoris porto. Et ille: Ego rogo te amore dei quod vadas ad imperatricem et si non vult credere dicas ei occulte illa signa que nemo scit nisi novit nisi ego et illa. Dixit ianitor: Non dubito quin sis vesanus. Tamen domine mee imperatrici verba tua dicam. Janitor ad imperatricem flexis genibus omnia retulit verba. Illa vero contristata ait: O domine imperator, audite mirabilia, quia privata inter nos quidam ribaldus nuncius per ianitorem demandavit et dicit se imperatorem esse. Ipse cum hec audisset precepit ut introduceretur. Cum introductus fuisset dixit imperator omnibus in aula sedentibus et stantibus: Karissimi, audite verba que iste dicit. Dic eciam quis es tu et quare venisti. At ille: Imperator sum istius imperii et veni ad loquendum imperatrici. Dixit imperator omnibus existentibus in pallatio: Dicite mihi sub iuramento quis nostrum inter nos sit imperator. Et illi omnes dixerunt: O domine, iste ribaldus mirabilis est, nunquam illum nequaquam vidimus, sed te a iuventute nostra quod noster dominus imperator fuisti. Sed ad imperatricem dixit: Dic mihi domina, nosti tu illum hominem qui dicit se imperatorem tuum esse? Et illa: O bone domine, cur talia a me queris? Nonne quadraginta annos tecum steti et pueros tecum habui? Imperator dixit ei: Omnia ausus fuisti imperatorem te nominare? Ideo iudico ad caudam equi sis ligatus, et si amodo ausus fueris talia dicere, morte turpissima morieris. Et precepit pallatoribus ut ad caudam equi traherent eum ita quod tamen non moreretur, et fecerunt. Post hec vero expulsus. Et quasi desperatus ait intra se: Vadam ad confessorem meum et forte noticiam mei habebit quia sepe confessionem meam audivit. Venit ad heremitam qui ad fenestram sedebat in cella, pulsavit, et ille ait: Quis est ille qui pulsat? Qui ait: Jovinianus imperator. Aperi mihi et loquar tecum. Ille vero aperuit fenestram et cum vidisset statim cum impetu fenestram clausit et ait: Recede maledicte, nescio quid dicis. Tu es dyabolus in specie hominis. Ille hec audiens ad terram cecidit et crines de barba pre dolore extraxit

et lamentationes usque in celum dixit
dicens Heu mihi quid faciam et statim
recordatus qui de nocte in strato
suo cor eius elevatum fuisset dum
dixit Est ne alius deus quam ego
Inde pulsat ibi ad cellam heremite dicens
Amore illius qui pependit in cruce
audi confessionem et si nolueris fe-
nestram aperire clausam eam habeas
quousque finiero Et ille placet Et
tunc de tota vita sua confessus
fuit et precipue quomodo se contra deum
erexit dicens Ego non aliud credere
dixi quam me ipsum Heremita fenestram
aperuit et post absolucionem noticiam
eius habebat et ait Benedictus
deus iam noticiam vestram habeo Pauperes
vestes habeo induite et ad palla-
cium vestrum ite et omnes noticiam vestram
habebunt Imperator induit se et
ad pallacium perrexit et ad portam
pulsavit Janitor vero portam ape-
ruit et ipsum honorifice suscepit
Et ille habes noticiam mei Qui
ait Domine per optime sed miror quod
hic steti et non vidi vos Ille vero
pallacium intravit omnes ei assur-
gunt et capita ei inclinant Sed alius
imperator in camera erat cum impera-
trice Quidam miles de camera
exivit et eum intime respexit
ad cameram redijt et ait Domine
mi est quidam homo in aula cui omnes
honorem faciunt qui in tantum assimilatur
vobis in omnibus quod quis vestrum impera-
tor esset penitus ignoramus Et
ille foras vadam et veritatem

discuciam Cum pallacium intrasset illum
per manus accepit et iuxta se sedere
fecit et vocavit omnes nobiles et
imperatricem et ait Audite me Iste
homo est imperator sed aliquando ipse
se contra deum erexit unde punitus
fuit imperio et noticia ab ipso recesserat
quia ut cum venit ad satisfa-
ccionem deo fecit et penituit eum fe-
cisse Ego vero angelus sum custos anime
sue et imperium suum custodivi quamdiu
penitenciam fecit Et quia deo perfecte
penitenciam satis fecit ut vidistis animo
sitis ei obedientes et cum vobis commen-
do et statim ab oculis eorum evanuit
~~Reffice~~ // Imperator iste potest dici
quilibet homo qui totum mundum habet
qui propter divicias honores et po-
tencias se erigit contra deum et eius
precepta non obediens vocavit mi-
lites id est quinque sensus suos pergit ad venandum
id est ad mundi vanitatem Contigit calor
magnus id est temptacio dyabolica eum arri-
puit quod quiescere non potest usque ad aquas
id est in peccatis totaliter potest frigidus factus
et vestita id est opera sua sine custodia
dimittit sed primo de equo descendit
id est a fide quam in baptismo suscepit pro-
misit tunc cum pompis dyaboli
abrenunciat Deinde deponit
vestimenta id est cardinales virtutes anime et
fit nudus et miser id est mundi vani-
tates descendit Quid est faciendum
ad domum militis primo pergere id est ad
idoneum qui est ubertas quia tunc dicat
Quando deum dereliquisti cum hoc in corpore
emendas et non fatearis te impera-
torem vanum esse quia opera vani

per peccatum anichilasti quod id te ex-
pellit quousque emendatus fueris
Quid ergo ultra faciendum ad diuite
pergas i. ad penitenciam que quociens
minuat donec deo reconciliatus
fueris Contricionem te ponit i. quod
deo placet decet et reliqua ab corre-
ctione i. cordis operacionem per quam pur-
ueris i. peccatum execat Fili vade
ad heremita i. ad confessorem de
omnibus in quibus contra deum deliquisti
primam agas statim deus et angeli
et omnes sancti noticiam tui habebunt
et te in societatem eorum honorifi-
ce accipient et omni tempore cum pro-
orare i. cum anima tua habent noticiam
tui qui es homo dei et per consequens
eternam vitam obtinebis etc. Sequitur

Hambrigal regnauit mul(tis)
annis qui tamen unicam filiam
habuit quam multum dilige-
bat Accidit una die quod cum mili-
tibus suis et familia magna ad
venandum equitaret supervenit ma-
gna nebula in obscura silva et
separavit imperatorem a tota fami-
lia et post unum cervum currebat Cum
vero imperator aciens respiceret (?) si inveniret
nec milites nec familiam inveniebat
Illi querebant eum ex una parte et ipse
eos ex alia parte Cum vero solus
equitabat nox appropinquabat Cum
autem sic in silva equitaret errauit
in nocte et nesciret quo intenderet
vidit lumen de longe et equum ad
talcaribus percussit et ad domum quan-
dam nemoris venit et erat valde
obscura nox et ad domum pulsat
et hospicium amore dei petiuit
Tunc forestarius noticiam predomi-
ni non habebat et quesiuit quis esset
et quo tenderet et quid sic tarde
in nemore sic equitaret Imperator
respondit Ego sum simplex homo et captus
in via erraui et nox super me venit
Ideo rogo te ut me suscipias ista
nocte Et ille ait Intra in nomine
domini Illa que habeo libenter tibi imperti-
bor Ille vero intrauit et hospes
equum suum locauit et mensam posita
sibi satis bene ministrauit de omnibus que
habuit excepto vino quod non habuit
Interea quesiuit a forestario Dic
michi karissime cuius est domus ista nemo-
ris Et ille domini mei impera-
toris Et ego sum eius civis et de illo
sibi custodio et ista est uxor mea
et de vicinia partium Cum vero iam tempus
esset post cenam ad unum lectum in
honesto locauit imperatorem Cum
vero in primo sompno dormiret venit
ad imperatorem vox dicens Accipe acci-
pe accipe Hac voce audita expergefa-
ctus est ex sompno imperator ait
Quid est hoc quod audio accipe et
nichil accepi Iterum obdormiuit
Et ecce vox secundo dicens Redde
redde redde Ille vero expergefactus
ait Quid est Primo audiui acci-
pe tribus vicibus et nichil accepi
Iam secundo audiui redde quid
debeo reddere cum nichil accepi
Item tercio dormiuit cepit sentire

Uxor hospitis in partu laborare
cepit et filium pulcherrimum genuit
seu peperit. Deinde tercia vice vox
delapsa est ad eum dicens Fuge fuge
fuge nocte ista natus est puer
qui post te regnabit. Imperator
cum hoc audisset contristata sunt omnia
viscera eius et ait inter se Quid
est quod audio fuge quid fugere debeo
et qua de causa. Cum hec cogitasset
vocem clamantis infantis audivit
et per vocem cognovit quod esset masculus.
Cogitat inter se Numquid puer iste re-
gnabit post me. Mane facto equum
ascendit vocavit ad se forestarium
et ait Secrete dico tibi quod ego sum dominus
tuus imperator. Ille hec audiens in
terram cecidit veniam petens si eum
in aliquo offendisset. Ait illi Noli
timere immo teneor tibi quia in tempore
noctis dedisti hospicium et alia atti-
nencia. Sed dicas michi numquid uxor tua
nocte ista peperit filium. Et ille Ita
domine. Tunc ait Ostende michi eum. Quem
cum eum vidisset imperator puerum
intime aspexit et in fronte eius quoddam
signum vidit et tacite consideravit.
Deinde dixit forestario Istum filium ha-
bebis ad nutriendum et ego illum in
filio adoptabo. Post unam quindenam
impator quilꝫ tempit gtra fres desu
etorē prauitatē Ille vo offensā im=
patoris ptimens venit ad frem suū
cui tot mala gtulerat petens
veniā ab eo rogans insup quatin9
int ipm ꝛ impatorē pacē refor
maret Constantes no dimisit eū
meruisse s pena quibꝫ fr̄e aquo
offensa habat pdidit Respondit nō ē
inquit diligencius pro tempe qui i bello
ꝫ mitis ut agnus sed in pace
senciū ut leo hic go fr̄ meus erga
me no pmeruit tn cū reconci=
liabo si potero qr i iniuria qua m
intulit satis ꝫ vindicā in eo Et
pt impatorē ꝛ frem suū ꝛ seipm
reconciliat et pacē reformauit
// Mystice // Isti duo fres sunt filii
dei ꝛ ho int quos sepi9 orit ma=
gna discordia qr cū ho comittit
mortale pctm tūc psequit filiū dei
frem suū qr cū ho fac id pp quod
xpus sustinuit mortē quasi i ipd
filiū dei morti tradit ꝛ tūc offe=
dit suu9 impator pr celestis Si
cam9 g° frem nr̄m i. xpm ꝛ pe=
tam9 veniā ab eo cū contricōne
cordis et ipe illud psufficie vindicā
reputabit et nobis culpā remittet

et pater mittet nos et patrem celestem benignius reformabit. Sed igitur tu times eius iusticiam fuge ad eius misericordiam quia maior est eius misericordia quam ira quia vm post miserationes eius super omnia opera eius etc. 91

Dicitur imperator pugnaturus contra inimicos suos super eventu belli consuluit appolonium cum responsum est quod aliter non vinceret inimicos suos nisi ipse prius gladio hostili interficeretur. Imperator hoc audiens convenit adivinare ne aliquis lederet corpus. Consideravit regem. Quod considerans postquam cognovit mutavit regalem habitum arma accepit et exercitum penetravit. Quod videns unus militum cum lancea usque ad cor penetravit et per mortem suam populum suum de manibus inimicorum liberavit. Spiritualiter. Sic dominus noster ihesus christus consuluit deum patrem vel pugnaturus contra dyabolum patres qui agnoscere mutavit habitum suum id est humanam assumendo quia si iudei cum viri dominum agnovissent nunquam regem glorie crucifixissent. Inimicitie vero die belli unus militum stans iuxta crucem cum lancea eum usque ad cor penetravit. Et sic per mortem suam totum genus humanum de morte eterna liberavit.

Erat quidam homo qui semel debebat ire de uno regno ad aliud vel ad quendam pontem quem transire debebat. Sed antequam videbat leonem ferocissimum ex parte dextra vel draconem ex parte sinistra subtus mare. Cum autem ista cum videret nolebat ultra transire. 191 Et ecce angelus stetit contra eum in via habens gladium et coronam in manu sua dicens homo resiste et habebis sertum sive coronam. Statim cum angelum vidisset et hec audisset omnia pericula evasit quia leonem et draconem occidit et coronam ab angelo obtinuit. Spiritualiter. Per istum hominem debes intelligere quemlibet christianum qui habet transire omni die versus patrem celestem super pontem periculosum id est vitam humanam que est fragilis. Sed leo est dyabolus, draco est caro, mare est mundus, ita quod ista nos impediunt quantum possunt. Sed attende si contra eos pugnare volueris Deus tenet gladium id est potestatem suam et te eciam iustificat. Sed si bene pugnabis coronam vite eterne obtinebis. Hunc mundum pro quo est quod pugnare debemus. Et ecce vide quod angelus dixit homo mundum resiste dyabolo et carnem sertum id est coronam dat tibi deus si ista impleveris etc.

Plinius narrat quod quidam homo in mense maii exivit ad quoddam nemus in quo steterunt septem arbores plenis foliis de quibus appetens tot frondes collegit quod portare nequivit. Venerunt tres viri et ipsum extra nemus duxerunt sed in exitu nemoris cecidit in foveam et subito est propter magnitudinem ponderis. Spiritualiter. Istud nemus est mundus plenus arboribus id est peccatis mortalibus. In isto nemore id est in mundo sunt septem arbores id est septem mortalia peccata ex quibus homo tum colligit et fac 46

pondus quod portare non potest nec levare i. ad gradum de pueritia quamdiu in peccato manet. Sed ecce tres viri venient custodes nemoris qui tres sunt ministri scilicet caro mundus et dyabolus et immittunt homines diversis peccatis usque ad exitum anime et tunc diriguntur in profundum inferni propter magnitudinem peccatorum ponderis etc.

Quidam rex habuit tres filios et lapidem preciosum valde. Qui in morte se ... uni ad filium quem plus dilexit. Unde fecit fieri tres anulos equales et duos lapides vitreos similes precioso lapidi et singulis anulis singulos lapides fecit imponi. Et ne deciperet fecit vocare filios suos et cuilibet anulum dedit. Sed quem dilexit illi dedit meliorem. Post decessum patris quilibet credebat se habere anulum preciosum cum lapide precioso. Audiens quidam sapiens ait probare volumus quis anulus expellere potest infirmitates et ille est preciosior. Et fecerunt sed duo anuli nichil operabantur sed tercius infirmitates expellebat. Unde patuit manifeste quod cui pater eum plus dilexit. Moralitas. Isti tres filii sunt tria genera hominum qui sunt filii patris celestis. Alii sunt Iudei et Saraceni, Christiani. Manifestum est quod patrem nostrum plus diligit quod ei anulum reliquit qui cecos illuminat morbos sanat demones fugat et ceteras virtutes operatur. Iste anulus est fides sancta. Unde Christus: In nomine meo demonia eicient etc.

Refert Valerius quod quidam pretor unam nobilem feminam pro adulterio capitali sua dampnatam et carceri tradidit ibidem fame occidendam quam custos carceris non statim occidit sed pietatis motus aditum ipsius filie semel concessit observans tamen ne quid alimonie inferret ne fame periret. Post multos dies pretor admiratus unde femina in carcere vivere potuit quod filia matrem per lac suarum mamillarum sustentasset que naturalis sive fidelitas et audita narratione pretor se ad pietatem inclinatur et ipse femine impetravit veniam. Moralitas. Iste pretor est pater celestis qui dampnavit genus humanum propter peccatum quod et carceri infernali tradidit et adiudicatur ut ibi occideretur et diversis penis affligeretur. Sed custos carceris i. dominus noster Ihesus Christus sua motus pietate misit filiam i. suam matrem genus humanum ad vitam et ei lac sue passionis dedit ne esuriendo moreretur et patris offensam mitigat et ei peccata remisit etc.

Legitur in vitis patrum quod quidam vidit ethyopem in plura ligna succedentem et alligata levare temptabat. Qui cum videret quod esset gravia dissolvit et magis apposuit tunc magis onerosa erant et tunc magis apposuit et fecit ea ita ponderosa quod nullo modo poterat levare et sic seipsum onere occidit. Ille ultimo perrexit vidit quod quidam in quoddam vas aquam fundebat de fonte

et in finib publice fluebat qz vas erat plenum foraminibz et tu infudere non tenuit Ultimus processit et erant duo viri porte ciuitatis appropinquabat qui lignum longum transuersum ferebant et alter alteri noluit cedere et ambo foris manebant // Moraliter // Ethyops qui auget pondus lignorum est homo qui sibi accumulat pondus peccatorum et morte etiam deprimitur et in desperacionem incidens penitenciam non curat Ille vero qui infudit est ille qui elemosinam et alia bona opera facit propter quandam laudem et eam sic amittit in futuro est Cogitatur penitenciam et incipit ea in futuro procrastinare penitenciam quam futuro parum cogitat quod bona opera sunt ea in quibus conquirat Et qui ferebant lignum transuersum hij sunt qui portant superbie iugum quia unus alteri alteri cedere non vult porta ciuitatis ingredi non potest etc.

Ampcinus statuit pro lege quod quilibet miles post mortem in armis suis sepeliri deberet et quicumque defunctum armis spoliaret morte moreretur Accidit quod ciuitas nobilis a quodam rege tirannizata erat obsessa et in circuitu ciuitatis multos ponebat per insultum spoliari in tantum quod ciuitas erat periculo perdenda Ciues multum timebant quia resistere non poterant Dum autem in periculo sic starent Quidam miles generosus et formosus audax et strenuus intra ciuitatem et ciuibus nimium compaciebatur ex eo quod eos in tanto periculo viderit Ciues vero cum strenuum eum vidissent ad ipsum accesserunt et dixerunt Domine domina nos esse vides in quali periculo positi sumus Et ille dixit Ex illo periculo liberari non potestis et maxime forti ciuitati estis absentes Ego vero sicut videtis arma non habeo et contra inimicos sine armis non impugnare et ideo vos non possum iuuare Quidam sapiens hec audiens dixit ei Domine infra paucos dies quidam miles generosus in sepulcro erat est sepultus in optimis armis si arma eius accipere et tunc illis pugnare posses et nos a morte liberare Ille hec audiens perrexit ad sepulcrum defuncti et arma eius accepit et induit hoc facto solus ad bellum perrexit et victoriam obtinuit et inimicos fugauit et ciuitatem ab omni periculo liberauit hoc facto arma reposuit defuncti unde accepit Ciues vero inuidia sunt moti eo quod tam gloriose triumphasset ipsum apud iudicem accusabant quod contra legem fecisset quia defunctum armis spoliasset Judex eum citauit et obiecit quod contra legem egisset quia defuncto arma accepisset Et ille ait Domine sed ut videtis ex duobus malis minus malum est eligendum a malum sunt quod lege age Et maius malum esset ciuitatem perdere et ipsam gladio perire Ego arma eius abstuli non ut defunctum spoliarem sed ut ciuitatem iuuarem Inmediate facta victoria in eodem loco arma posui Et si mala intencione defunctum spoliasse arma ibidem non re=

posuisse et ideo hoc signum evidens
quod pater omne bonum fecerimus et non de-
trimentum defuncti. Dixit iudex: res
ista locum non habet et hoc quia ideo sur-
rexit ad furandum et perforat domum
forte impeditur ne aliquid deportat
ratione perforacionis cum mala. Et ideo ymmo
perforacio talis sepius est bona quia
tunc dominus domus potest videre ubi lateat
periculum et ibi emendabitur. Item satis
clare videmus quod si una domus in
civitate accensa melius est et sepius
quod tectum illius domus prosternatur sine ani-
chilatur quam quod cetere domus de illo
igne rapiunt accipiant et tota civi-
tas comburiatur. Ego non minus malum
ymmo bonum est quod ego arma defunc-
ti accepi et civitatem liberavi quam
quod civitas cum ipso esset destructa et
sua sepultura defunctorum spoliata. Iu-
dex vero hoc audiens ait illis qui eum ac-
cusabant illum tamen mortis in eo in-
venio quid vobis videtur. Et illi: reus
est mortis cito de medio tollatur. Iu-
dex statim precepit ut moriretur. Post cuius
mortem factus est planctus magnus in
civitate. Mistice. Imperator iste est
pater celestis. Civitas obsessa est mun-
dus qui longo tempore a demonibus obsessus
fuit. Inimicus erat multa prava per que
homo in potestate dyaboli detinebatur. Miles
fortis et pulcher qui intravit civitatem
est dominus noster Ihesus Christus qui multum dignitate
quadam comparatur. Erat enim pul-
cher pre speciosus forma pre filiis hominum.
Et erat fortis quia non est alius qui
pugnat pro nobis etc. Miles iste
Ihesus Christus videns quod civitas i mundus
non poterat liberari a potestate dyaboli
per bellum pervenit ad sepulcrum id est ad uterum
beate Marie virginis et ibi arma
militis defuncti id est Ade invenit carnem
humanam quam induit quando factus est homo
homo etc. Et istis armis toto tempore vite
sue contra dyabolum pro nobis pugnavit.
Tradidit vero dicens: sitio et die parasceve
quod foras exivit scilicet dominus noster Ihesus Christus
et contra dyabolum pugnavit et victoriam
obtinuit et genus humanum a morte
eterna liberavit. Sed iudei pessimi
in vidia moti eum in multis accusaverunt
ut morte moreretur. Cum dixerunt
Crucifige crucifige eum. Iudex Py-
latus tamen mortis in eo invenire non
potuit. Tercium morte turpissima condemp-
natur cum ille vero arma reposuit quando
corpus pessimum in terra que terre cum misit
vim salubrius erat quam quam ut ipse
arma humanitatis assumeret qua totum genus
humanum perditum fuisset eternaliter. Unde Cay-
phas: Expedit vobis ut unus mori-
atur homo pro populo etc.

Firmeus regnavit

Potens qui tamen semel per impi-
um cestatem Occidentem pauper ei ob-
viabat satis elegantis pulcritudinis
et elemosinam ab imperatore petivit.
Dixit imperator: Dic michi unde es tu et quod
est nomen tuum. Qui respondit licet in-
dignus homo vir sed et vocor Ingratus.
Dixit imperator: Si scirem quod bonus esses
te promoverem. Et ille: Domine factus
sum ad promittendum. Imperator predicte
motus eum secum duxit ac tenuit
unum infra breve tempus tamen bonum et pru-
dentem se in curia imperatoris habebat

quod cum diuitem fecerit et postea cito eum
Marsalium totius imperii constituit se-
le vero cum exaltatus fuisset eleuatum
est cor eius quod omnes pauperes opprimebat
et nullam misericordiam eis fecit. Imperator pallacium
imperii iuxta dimidium miliare erat
quedam silua animalibus plena siluestribus.
Imperator ordinauit quod in eadem silua fouee
diuerse fierent in magno profundo et ex-
fude quod esset cum frondibus cooperte. Conti-
git quod vna dierum marsalius spaciatus
fuisset et solus equitaret ad siluam
et eleuatum est cor eius cogitando
se maiorem in regno post imperatorem.
Et sic in silua equitauit tempus hinc et
inde cum equus equitando ad vnam predictarum
fouea cecidit et non poterat exire.
Contigit eadem die quod vnus serpens
magnus in eandem foueam cecidit. Mar-
salius clamauit sed nichil ei profuit
quia nemo eum audiuit eo quod longe ab ho-
minibus distabat. Contigit quod eadem die
quidam pauper nomine Guido ad sil-
uam iuit cum asino pro lignis colligendis.
Marsalius strepitum audiuit et clamauit
O karissime quis es tu? veni et educ
me de ista fouea et te ad diuicias
promouebo. Guido hec audiens ait quis
es tu qui sic clamas? Et ille Ego
sum Marsalius imperatoris et sic casu
in fouea cecidi et magnus serpens
post me cecidit hic intus quem val-
de timeo. Et audi carissime mi pro fide
mea et domini mei imperatoris promitto
quod si me eduxeris crastina die te ad
tantas diuicias promouebo quod diues
eris et omnes tui toto tempore vite tue.
Quod pauper audiens gauisus est valde

Et tunc cordam longam habeo quam ad te
descendere permitto cum eadem te succin-
gas et te sursum traham. Et cum cordam
descendere permisit serpens vero cum vi-
disset cordam ad eam saltauit. Sed pauper
credebat trahere marsalium serpentem
extra foueam traxit. Hoc facto serpens
ei applausum fecit. Deinde miles
marsalius clamauit O carissime iam de
serpente liberatus sum cordam iterum permit-
tas descendere. Quo facto miles succin-
xit se et Guido eum extraxit. Illis
duobus sic extractis miles statim equum
ascendit et versus pallacium equitauit
et totum actum occultauit et nulli dixit.
Mane facto Guido ad pallacium iuit
ad ianuam pulsauit. Ianitor venit et cur
pulsasset quesiuit. Et ille propter
deum dic marsalio quod hic pauper
qui hesterna die cum eo in silua lo-
quebatur et graciam ab eo expectat. Ianitor
vero humiliter marsalio intimauit nun-
cians de eius aduentu. Et ille va-
de cito et dic ei ex parte mei quod cito
recedat neminem in silua vidi. Ia-
nitor omnia verba Guidoni retulit. Qui
audiens tristis recessit. Vxor eius
ipsum consolans ait pauper esto for-
tis dominus occupatus erat sed crastina
die iterum temptabis. Mane facto iterum
ad pallacium iuit et ut prius ad ia-
nuam pulsauit ut ianitor negocium
suum ut prius marsalio proferret.
Ianitor vero prece motus ad marsal-
lum accessit et ait Domine mi pauper
hic venit ad portam clamat quod hic hes-
terna die fuit ut cum eo loquatur.
Et ille dic ei quod cito recedat. Et

si tercia vice venit cum sic peccunia ut
vix ambulare posset. Janitor hec
audiens omnia Gidoni retulit. Ille
vero tercio domum intravit. Uxor ipsius in quan-
tum potuit eum confortavit et ait: Caris-
sime, iam cum tercia vice temptaveris deus
si vero deus preciosum meliorem dabit. Pla-
cuit Gydoni. Ac vero sicut prius ia-
nitorem rogat ut negocium suum mar-
scalco intimaret. Qui ait: Nunquid tibi
dixi intencionem suam? Timeo enim quod si
iam ei de tuo adventu dixerim quod ma-
lum tibi faciet sicut promisit. Qui ait:
Tercia vice eum temptabo. Janitor hec audi-
ens aulam intravit et marscalco de adventu
pauperis nunciavit. Ille vero ira repletus
exivit et ipsum percussit et quasi semi-
vivum in platea proiecit. Uxor eius
hec audiens venit cum asino et ipsum domum
duxit et non potuit ambulare et sic
quod per duos menses infirmus iacebat. Cum
autem esset sanus, statim ad silvam cum asino
equitavit et sicut prius ligna collegit
et ecce serpens qui de fovea exi-
verat sibi obviam dedit portans in ore
suo lapidem triplici colore coloratum.
In una parte erat albus, in alia niger,
in tercia rubicundus, et ante Gidonem
tandem proiecit. Gydo lapidem sustulit
ignorans eius virtutem. Ivit ad unum sa-
pientem qui virtutes corporum cognovit
lapidum, interrogando eum ut virtutem la-
pidis ei diceret. Ille cum virtutem lapidis
vidisset ait: Tibi dabo pro lapide
centum florenos. Et ille noluit vendere.
Ait ei sapiens: Quicunque hunc lapidem
habet et obtinet, princeps erit, et si la-
pidem vendit pro minori precio quam valet

ad ipsum revertetur et crescit rebus ac ho-
noribus et dilectus erit deo et hominibus.
Gydo hec audiens gavisus est valde
et breviter per virtutem lapidis infinita
acquisivit et miles effectus est et di-
cior in regno non fuit. Imperator
cum intellexisset quod sic per virtutem cuiusdam
lapidis ditatus fuisset, pro ipso misit
ut ad eum veniret. Et cum venisset ait
ei imperator: Carissime, audivi quod la-
pidem preciosum habeas. Rogo te ut ip-
sum michi vendas. Et ille: Absit quod hec faciam,
quia per eum factus sum dives. Ait imperator:
Elige de duobus unum: aut lapidem ven-
das aut extra imperium meum te excludam.
Gydo hec audiens dixit imperatori:
Domine, ergo sic est, lapidem istum ven-
dam vobis, sed unum dico vobis: quod si
non michi dederitis valorem lapidis, adhuc
redibit. Ait imperator: Ergo sic erit:
triginta milia florenorum tibi dabo.
Gydo recepit et lapidem imperatori
dedit. Altera die imperator Gidoni
dixit: Carissime, vide lapidem istum quem michi...
Ait ille: Ubi est lapis quem vobis heri
dedi? Illum reposui diligenter fui
apud thezaurum meum preciosum cum
inventum in mea archa. Qui ait: Non
est ita. Ecce quod vobis dixi quod ad me
rediret, si valorem eius non obtinerem,
et sic ad me reversus est et ipsum hodie
in archa mea inveni. Et ecce quod vobis
cum tercio nichil amplius petendo.
Et lapis apud vos manebit. Aliud
non. Imperatori totum statum narrare
incepit a principio usque ad finem quomodo mar-
scalcus ad foveam tradidisset eum super se
et quod egregie verberasset et quod

apposite lapidis preciosi antequam cepisset
Imperator cum hoc audisset commota
sunt omnia viscera eius contra marcellum
et ait Care quid guido de te narrat
Ille negare non potuit Ait impera=
tor O pessime hec sequitur non tuum ingra=
tus Care magna ingratitudo que te de
periculo mortis liberauit et tu eum ad
mortem vbertasti O miser care
Care animal irracionale serpens mercede
ei reddidit tu vero cum racionalis sibi pro
bono malum reddidisti Et ideo omnia
bona tua mobilia et in mobilia
et officium tuum sibi do Guidoni et ipsum
marcellum loco tui pono et te hodie
in patibulo suspendi iubeo et sic
factum est Et omnes nobiles et ignobiles
imperij hoc audientes iudicium eius mi=
rum placuit Guido valde prudenter
imperium rexit et ab hominibus dilectus
vitam suam in pace finiuit // Moralitas //
Imperator iste est deus qui omnia videt
Sed pauper iste ingratus est homo qui creatura
plasmatus qui nichil a se ipso habet Job
nudus egressus sum etc Sed deus istum pau=
perem premonuit et cum domum paradisi
et mundi constituit ut omnia et obedi=
ret preceptis Omnia subiecisti sub pedibus eius
Silua signat mundum qui est plenus fo=
ueis id est periculis sed homo superbit ideo in fo=
uea cecidit quia contra preceptum domini de
pomo comedit et hic per diabolum ingratus
Serpens autem de fouea cecidit et sig=
nat discretum confessorem quia sicut dicitur quia
serpens portat in lingua antidotum
contra venenum Sic confessor fert
in lingua verba dei peccatori informando
et ad bonum statum reducendo quemadmodum
portat venenum Sic confessor sima=
liter debet dare peccatori quia penitencia
agentibus hominibus videtur venenum
contra corpus Simia autem tandem saltat
Sed guido id est christus traxit marcellum de
fouea dyaboli cum corda sue passionis
Sed miser homo non obstante ingratus
est deus meus ihesum christum et hoc quia legem
diuinam violat Guido causam vbertatis
Sic christus verberatus qui homo moriturus fuerit
tunc iterato christum crucifigit Serpens
dedit lapidem triplici colore colora-
tum id est bonus confessor et discretus per bona
informaciones facit sepius dat lapidem
id est christum quem reprobauerunt edificantes
quia sicut lapis triplici colore sic christus
erat primus albus pulcher prius speciosus
pre formam etc Item niger per passionem
Vidimus eum et vidimus eum non habentem speciem etc
Item rubicundus per effusionem sanguinis
Quicumque igitur istum lapidem in corde suo
portauerit erit acceptus deo et angelis
gloria et honore coronabitur et vitam
eternam possidebit Sed istum lapidem
id est christum non potest vendere a se ipso quam
diu homo manet in bona vita Quia
voluit vitam guidonis sequi in scita bo=
ni venit Sed ingratus id est in operibus in pa=
tibulo inferni suspendetur etc

Quicianus regnauit
in ciuitate romana prudens
valde ac per omnia iustus nulli
parcebat quin per viam iusticie incederet
Accidit quod sui ex odio eum habuerunt semel
quod in mensa sederet venit quidam ad
portam et pulsabat Ianitor venit et que=
siuit quis esset Ait ille mercator
sum et aliqua habeo ad vendendum

pro utilitate imperatoris. Janitor hec au-
diens ipsum introduxit. Dixit illi
imperator: Karissime, quid habes ad vendendum
pro utilitate mea? Qui ait: Domine, tres sa-
piencias. Ait imperator: Et quanto michi
qualibet sapienciam dabis? Qui ait: Qualibet
vobis dabo pro mille florenis. Imperator
ait: Et si michi sapiencie tue non profue-
rint, pecuniam perdam. Qui ait mercator: Domine,
in vestro regno ego maneo; si sapiencie mee
non valuerint, reddatis michi sapiencias meas
et ego reddam vobis pecuniam. Ait impera-
tor: Bene dicitis. Dic michi sapiencias quas
vendere vis. Qui ait: Domine, prima sapiencia est:
Quidquid agas prudenter age et respice
finem. Secunda sapiencia est: Nunquam viam pub-
licam dimittas propter semitam aliquam
si tu diligis vitam tuam. Tercia sapiencia est:
Nunquam de nocte hospicium capias ibi
ubi dominus domus est valde senex et
uxor iuvencula. Has tres custodi et
bene tibi erit. Imperator dedit ei pro qualibet
sapiencia mille florenos. Primam sapienciam
scilicet Quidquid agas fecit scribi in aula et in came-
ra, in locis omnibus, in latino et in vulgari,
et pannis et in manutergiis et in propriis
vestibus. Propter suam iusticiam multi de im-
perio ut eum occiderent/ occulte cum bal-
neatore convenerunt pecunia ut cum
barbam ei raderet sibi guttur ab-
scinderet. Barbitonsor accepta pecu-
nia hoc promisit. Accidit quod imperator
radi volebat. Venit barbitonsor,
lavit barbam et incepit radere. Vidit
in manutergio scriptum: Quidquid agas etc.
et fuit liberatus. Cogitavit: si eum occidam,
finis meus erit pessimus, quia morte
turpissima condempnabor. Ergo est bonum

ut finem istum respiciam et malo proposito
sibi desistam. Qui stetit perterritus ita
quod novacula cecidit de manibus. Sibi
imperator ait: Karissime, quid est?
Qui respondit: Domine, miserere mei. Et per capi-
tulum narravit sibi. Ait imperator:
Sis fidelis amodo, hec tibi dimitto. Et
cogitavit: Prima sapiencia vitam meam
salvavit/ et plures detractores pati-
bulo suspendit. Iste alii inimici impera-
toris sibi invidebant, cogitaverunt
quomodo eum occiderent et dixerunt ad
invicem: Tali die equitabit in illam
civitatem, simus absconditi in silva per
quam transit semita, et cum eum ibi quo
in secreto occidemus. Imperator eos non
sperabat sibi. Et cum equitaret per pub-
licam viam, dixerunt aliqui cum illo equi-
tantes cum eo: Domine, bonum est per semitam
ire, quia propinquior est et melior. Impera-
tor inter se cogitabat: Secunda sapiencia est
quod a via publica propter semitam non di-
mittam, sed per viam latam pergam. Vos igitur
qui vultis per semitam ire, et viam para-
te, et ego alta veniam. Illi vero qui semi-
tam perrexerunt ab eis occisi, quia cre-
debant inimici quod imperator esset inter
eos. Imperator cum hec audisset cogi-
tavit: Ecce hec est secunda sapiencia que
vitam meam salvavit. Illi vero videntes
se deceptos cogitaverunt quomodo ipsum ne-
carent. Dixit unus ex eis: Tali die
pernoctabit in civitate ista in uno hos-
picio in quo omnes magnati hospita-
ntur. Concordiamus cum hospite et uxo-
re pro precio, ut cum imperator dormi-
et, occidamus eum et milites qui cum
eo dormierint. Cum igitur imperator

ad ciuitatem venisset et in hospicio eos
se recepisset Eunuli tunc tenue-
runt cum hospite et uxore eius quod im-
perator dormiret quod eum occiderent et
promiserunt magnam pecuniam eis Et
imperator ad se fecit vocare hospitem
domus Cum vero hospes imperatori fuisset
presentatus apparuit senex valde Sed
imperator inquit uxorem habes Qui ait
Etiam domine Et imperator ostende mihi
eam Quam cum imperator vidisset appa-
ruit iuvencula etatis in etate xviii
annos Imperator post camerarium vocauit
camerarium suum et ait illi Cito aliam
preparam in lectum occulte quia hic non
iacebo Et sic imperator occulte ad
aliud hospitium iuit et ibi dormiuit
Et septem milites in camera iacue-
runt Et hospes et uxor ignorabant
quod imperator exiuit et ipsum puta-
bat cum militibus in camera dormire
Circa mediam noctem cameram intrave-
runt et septem milites unum post alium
occiderunt Mane facto imperator cum mi-
litibus misit et ad illud hospicium ve-
nit querens ubi essent milites Ho-
spes ait domine surrexerunt et ad vos
perrexerunt Sed cum ipse hospes impera-
torem vidisset admirabatur quia crede-
bat ipsum occidisse Imperator autem
per milites inuestigauit et cum eos oc-
cisos inuenit turbatus est valde et infra
se cogitabat Ista tercia sapientia vitam
meam saluauit Bona hora erat in qua
pecuniam meam pro istis sapienciis de-
di Et statim hospitem cum uxore sua
et tota familia sua in patibulo
suspendit Imperator autem quamdiu

vixit ab istis sapientiis fructum obtinuit
et in bona pace vitam suam finiuit
Moralisacio Imperator iste potest dici
quilibet homo xpianus qui habet imperium cordis
sui ac anime regere Ianitor in porta
est libera voluntas aperiatur qui venit
ad portam Sicut dominus in apocalipsi dicit per
illud Ego sto ad hostium et pulso etc
Qui vult tres sapientias vendere pro tribus
florenis id est pro anima tua quia floreni sunt
virtutes anime Prima sapientia est Quid-
quid agas etc hoc est quod quodcumque bonum facis hoc
pure debet fieri propter deum et honorem eius
et in omni facto tuo considera finem prius
et memorare novissima tua et in eternum
non peccabis Secunda sapientia est Noli viam
publicam etc Via publica est via
decem preceptorum quam debes tu tenere
usque ad mortem et nunquam per semitam
male vite ambulare sicut faciunt here-
tici quia ibi latitant latrones et multa
pericula que sunt contra salutem anime Tercia
sapientia est non debes hospitium in domo
senis petere Et senex iste est mundus
qui habet iuvenculam uxorem id est vanita-
tem et falsitatem quia omnia sunt in mundo
nova vanitas dicitur nemo potest deo
et mundo servire Similiter qui contra legem
in ipsum conspirant sunt demones qui per mun-
dum hominem occidere et si non potest per se tunc
conveniunt barbitonsore id est carne quia
sicut barbitonsor radit pilos sic caro
radit a te omnes virtutes quas in bap-
tismo recepisti Sed si cogitaueris de
fine id est de morte quia nescimus quando uel
qualiter uel qua morte debemus mori
Et si sic homo cogitaret recederet

abeo omnis mali actus. Studeamus ergo istas tres sapiencias nobiscum tenere primo in omnibus actibus nostris respiciamus finem. Secundo ut per viam publicam id est preceptorum ambulemus. Tercio quod mundo et eius vanitatibus non acquiescamus. Quod si fecimus vitam nostram in bona pace finiemus.

16 Dorianus regnavit Rome dives valde qui sibi basilicam construxit in fundamento vero fodientes invenerunt sarcophagum aureum ex omni parte litteris aureis circumdatum et talis erat suprascriptio. Expendi donavi servavi habui habeo quod perdidi punior quod expendi habui quod donavi habeo [illegible]

102 Gelius Gelenius Rome regnavit dives valde in cuius regno fuit miles devotus et multum nobilis qui habebat pulchram uxorem sed adulterabatur nec desistere volebat. Miles hoc considerans contristatus est valde et cogitavit terram sanctam volo visitare ut uxor mea vitam in melius commutet et ait ad eam: Terram sanctam visitare intendo te ipsam in custodia gentis et discretioni tue te ipsam committo. Cum ergo profectus esset domina quedam [illegible] sibi licitum adamavit et cum eo adulterabatur. Ait illa: Si unum facere posses me in uxorem habebis cum omnibus rebus meis. Et ille ait: Quid est quod facere debeo? Tunc ait: Maritus meus ad terram sanctam perrexit qui me non multum dilexit. Si cum per aliquam artem occidere posses in terra aliena te ducam in maritum volo. Et ille: Hoc sibi faciam et tunc uxor mea eris. Tunc ait: Hoc tibi fideliter promitto. Ille ymaginem suo nomine in aliis partibus constituit prefati militis fecit ut in pariete ante oculos fuerit posita et per tres dies arte magica ymaginem formabat ut aliquo modo corpus militis omnia mala permitteret. Et ecce miles quadam platea transivit. Obviatur sibi magister Virgilius qui cum eum intime respexisset ait ad ipsum: Karissime, secretum habeo tibi dicere. Et ille: Magister dic mihi placet. Et ille: Hodie filius mortis es si tu auxilium meum non habueris. Uxor tua meretrix de morte tua tamen adulterium ordinat. Miles hoc audiens quod vir de uxore dixisset et eam non vidisset ei adhesit et dixit: Bone magister salva vitam meam et mercedem condignam tibi reddam. Qui ait: Libenter te salvabo. Magister balneum de aqua calida in magno solio ordinari fecit. Quo facto fecit cum vestibus exui et ad balneum intrare et ei speculum politum ad manus dedit et dixit: Ad eum respice diligenter in speculum et videbis mirabilia. Miles cum in speculum videret magister ultra balneum preparatum legit et ait ad militem: Karissime dic mihi quid vides. Et ille: Quendam virum video in domo mea qui posuit ymaginem ceream ad ymaginem meam in pariete. Et ait magister: Quid modo facit? Et ille: Iam accepit arcum et superposuit sagittam acutam et vult statim ymaginem sagittare. Ait Virgilius

Si tu diligis vitam tuam cum videbis sagit-
tam volare ad ymaginem totum corpus
tuum in balneum pone donec ego dixe-
rim Miles vero cum hec vidisset eum
arcum trahere totum corpus suum sub aqua
occultavit Hoc facto ait magister Relevia
caput tuum et respice in speculum
Cum tu fecisset ait magister Quid
iam in speculo vides Ille ait ymagi-
nem non sagittatur sed sagitta a latere
abiit et post hec multum dolet Dixit
magister Iam respice in speculum quid
facit Dixit iam propius ad ymaginem
vadit et sagittam in arcum ponit ad
percuciendum ymaginem Et ait magister
Fac sicut prius fecisti si tu vitam tuam
diligis Miles vero cum hec videret ar-
cum trahere totum corpus suum submersit Dixit
magister Respice quid modo vides
Cum tu vidisset dixit ad magistrum
Modo dolet quod ymaginem non
percussit et uxori dicit Si ymaginem
tercia vice non tetigero filius mortis
sum et modo vadit iuxta ymaginem valde
prope ita quod ut videtur quod iam non possit
decipi quin tangat ymaginem Magister dixit
Absconde te sicut prius donec ego dicam
Quo facto ait ei magister Surge et re-
spice in speculum et vidit quod adulter
ymaginem non tetigit sed sagitta
rediit est et ipsum inter pulmonem
et stomachum percussit et mortuus
est et uxor mea sub lecto meo foveam
sibi fecit et ibi illum eum sepelivit
Dixit magister Surge velociter et indue
te vestimentis tuis et ora deum pro me
alia mercede a te tunc nolo et de ce-
tero caveas tibi de mala muliere

Ille deo gratias reddidit et ad propria
est reversus Cum vero domum venisset
uxor vero applausum fecit Ille vero totum
eventum per aliquos dies dissimulat
post hec pro patre et pro matre et aliis
amicis misit et coram omnibus ait
Karissimi hec est causa quare pro vobis
misi Ecce uxor mea adulterium
commisit sepe et quod peius est mortem
meam machinata est Illa autem cum
iuramento negat Miles vero totum
propositum adulterii narrat eis et ad-
iecit Si mihi non creditis venite et vi-
dete locum ubi est ille sepultus Illi
tamen eam intravit et sub lecto mi-
litis sepulcrum invenerunt Statim
iudex est vocatus qui sententiam dedit quod
ipsa igne cremaretur Quod sic factum est
et omnia ossa sua in pulverem redac-
ta sunt et pulvis eius maledictus
per aerem est dispersus Miles vero hones-
tam virginem in uxorem duxit et in
bona fama vitam suam finivit // Mora-
liter // Imperator iste est dominus noster
Ihesus Christus Miles est quilibet homo uxor
est caro tua propria tociens adulteratur
quociens peccatum mortale committit homo
Hec videns dominus iter ad terram sanctam id est
celum per opera bona et in via occurrit
magister Virgilius obviam id est discretus
confessor qui peritus est informare
Clericus adulter accepit arcum Clericus est
mundus Sagitta acuta est avaricia
superbia per quam sagittam multi occi-
duntur peccando sed in lavacro cum sagitta
in ipsum est reversa et ipsum occidit
ymago anime huius post eo de terra qua

sicud cera fluit a facie ignis sic pecca-
tores pereant a facie dei. In psalmo. Quid
ergo scilicet faciemus ne dyabolus nos sagit-
tat. Certe intremus balneum. Illud
balneum scilicet confessio pura per quam la-
vamur demum ab omni sorde peccatorum. Et
demum habere speculum pectoris in manu
id est sacram scripturam in manu tenere quod est
libenter audire verbum dei et vera confessi-
toria et sic evademus sagittas dya-
boli. Et quia tunc auribus id est mundo vel
mundana gloria te tangent tunc sagit-
ta superbie vel luxurie avaricie tunc
in involve totum corpus id est totum quod fecisti
in balneo confessionis totum evanescit
et nunquam tangit ymaginem anime tue
et tu sicut sic balneatus et mundatus
et ad ultimum id est dyabolus contra. Induc te
vestimentis tuis id est bonis operibus et
virtutibus quas in baptismo recepisti
et perge ad domum cordis tui et ex-
trahe cor defunctum adulterii id est ma-
las delectationes. Deinde uxorem tuam
id est carnem tuam comburere igne peni-
tencie ut ossa id est peccata inveterata
consumentur id est annichilentur et per peni-
tenciam calidam id est per cordis amaritudinem
expellantur. Deinde duas virgines
id est carne viciis purgata de qua pluries
id est novas virtutes acquires et sic vi-
tam eternam possidebis.

Fuit quidam
miles placidus nomine for-
tis strenuus qui pulcram uxorem
habebat et duos filios. Tandem quo se-
mel ad venandum equitavit vidit
a longe cervum magnum gerentem
inter cornua crucem auream et eius

vir(?) scilicet ad eum et ait Quid me
persequeris Ego sum Christus pro te crucifixus.
Ille hoc audiens statim de equo descen-
dit et in terra genua flexit et veniam
pecijt. Erit eius. Elige unum de duo-
bus an in iuventute aut in senectu-
te oportet te multa pati pro nomine meo.
Qui ait Domine in iuventute fiat vo-
luntas tua. Hijs dictis eius evanuit.
Placidus domum equitat et statim cum
uxore et duobus filijs per multa bona
informatus baptizatus est et Eusta-
chius vocatus. Hec fecit omnibus relictis
meditacione et ierunt pueros secum por-
tantes et ad quandam aquam cum na-
vigio transierunt. Et cum transivisset
nauta ab eis precium quesivit. Ille
vero solvere non habebat. Nauta dixit
Mulierem dico tibi pro precio dabis. Ille
vero cepit eum rogare quod sibi uxorem
dimitteret. Sed nauta sibi uxorem dem-
dimittere noluit. Eustachius cum
duos parvuli mei ex hijs unum recipe.
Nauta vero ait Nullum vero puerum volo
sed uxorem hic dimittas quia satis pul-
cra erat. Eustachius licet invitus
ibi uxorem dimisit pueros secum ac-
cepit unum in brachio et alium in dorso
et sic tristis recessit et iuit ad aquas
magnas venit quas transire debe-
bat et propter aque profunditatem unum
puerum dimisit in terra quousque alium
portaret. Cum vero reverteretur ubi
alium reciperet et dum esset in medio
fluminis leo veniens unum rapuit
antequam ad eum pervenire posset. Ille
vero tristis valde ad alium puerum venit

et antequam ad illum veniret ursus eundem
rapuit et ad silvam properavit. Aspiciens vero
flevit amare et ait: heu mihi domine, heu
mihi, pereat dies in qua natus sum, uxo-
rem meam et duos parvulos perdidi. Cum sur-
rexit flens et tristis et iniit viam tri-
ginta quousque ad unum regnum pervenit.
Cuius rex continue guerram contra alium
regem habebat. Videns rex Eustachi-
um strenuum militem ipsum conduxit
ut secum maneret. Ille vero bella con-
tinuabat et ad omnia paratus erat, ita
quod fama eius ubique volabat. Rex
autem videns eius audaciam ipsum magnum
et principem constituit exercitus quia in aliis
satis se prudenter habebat. Contigit quod
ad quandam civitatem cum exercitu intraret
in qua moram faceret, et erat mulier
de partibus longinquis in ea civitate in quadam
domo hospitata fuit et post eam duo
iuvenes venerunt aliunde et in eadem
domo hospitium receperunt, nec unus
alterius notitiam habebat. Cum autem sol
in solario sederet isti duo iuvenes
inter se conferebant de multis. Itaque unus
ab alio quesivit unde esset. Ille
respondit: de terra longinqua sum, sed tamen recordo
et parvulus eram quando terram intravi. Ex-
unum recolo quod pater meus erat miles
d'ta qui nos eduxit in qua ipse et mater
mea cum fratre meo eramus, sed tam pau-
per erat quod matrem meam pro naulo
nautis navis tradidit in pignus quia
non habebat unde solveret. Deinde pater
meus me et fratrem meum secum por-
tavit, et cum ad quandam aquam venis-
set me in terra dimisit ut interim
fratrem meum transportaret. Et cum

in terra posuisset et rediret ut me ultra
aquam portaret, antequam ad me veni-
ret leo me rapuit et ultra contra
silvam cucurrit. Pastores cum canibus
persequebantur et me de faucibus leonis
eripuerunt, et in civitate ista aliquot
tempore nutritus sum amplius. Et dicere nes-
cio de mea progenie. Mater vero eorum
venerat et ibidem hospitata. Et cum au-
disset hos sermones auscultavit quousque
iuvenis alium audivit loqui. Deinde
alius cepit loqui socio suo: Caris-
sime, ita quod dixisti sum de partibus tuis
et quod accidit mihi nunc refero
quod eo modo de patre et matre et fratre meo
unico contigit. Dum pater meus ultra
aquam me portasset, dum ad fratrem
meum rediit ipsum leo rapuit, et cum
ad me rediret antequam ad me veni-
ret ursus me rapuit. Pastores
persequebantur, ursus me dimisit illico
et in tali platea et in loco nutritus
sum. Quid autem sit de patre et matre
penitus ignoro. Mater cum hec audisset
vocavit eos et ait: Karissimi, ego sum
illa mater in custodia navis relicta
et vos estis filii mei. Statim cecidit
super colla eorum et osculata est eos
et ait: O filii, ecce misericordia dei vi-
sitavit quia vos video. Si esset deus
tam propicius quod patrem vestrum invenire possemus.
Venite et sequimini me, si deus faceret
misericordiam nobiscum. Summo mane surrex-
erunt et matrem per civitatem sunt secuti.
Et ecce Eustachius princeps militie
cum magno comitatu obviavit eis.
Illa tamen cum vidisset in fronte eius
respexit videns quod signum quod ante

portabat ait intra se Credo quod hec
sit dominus meus Eustachius statim cucurrit
ad eum et ait O domine audi me si pla=
cet dignitati tue Quis es nomine
tuo Et ille ait Eustachius vocor
Quo audito illa uxor pre gaudio cecidit in terram
ambo eam levavit et ait Domina
quid est hoc Que fudit O domine sum
uxor tua respice in me Cum vero eam
recognovisset coram omni populo osculatus
est eam et ait O domina carissima dic
michi quomodo de manibus nautae
evasisti Que fudit postquam a me recessi=
sti cum duobus parvulis surrexit tem=
pestas tam grandis quod navis et nau=
ta periclitabatur et ego sola evasi et ab
illo die deus michi dedit habun=
dantiam de victu et vestitu Quam iterum
osculatus est eam dicens Domine deus tu
facis mirabilia utinam possem filios
meos invenire Que ait Domine dic michi
quid actum fuit de filiis nostris Ille ce=
pit dicere quod leo unum et ursus alium
rapuisset Tunc illa omnia eis Tunc rex
licentiam ei dedit et mercedem condig=
nam eis dedit et ad patriam suam perrexit
cum uxore sua et filiis et vitam suam in pa=
ce finivit Moralitas Iste miles
potest dici quilibet homo mundanus qui circa ve=
nationem mundanam delectatur Set si respi=
ceret posset videre cervum id est dominum
nostrum Ihesum Christum inter cornua id est brachia crucis
qui vertit se ad eum et dicit Pe=
nitere tu autem penitentiam ... ge est
contra peccata tua et tunc ... te sus=
cipiat Tunc ergo si iste miles vult de=
scendere de equo superbie et patiens
fit sicut ... prius et tunc veniet

ignis id est dominus et comburet omnia prava
tua In via oportet te ire ultra mare
id est tale mundum navis ista est bo=
na vita Nauta est prelatus Uxor est
anima commissa corpori Duos parvulos
dilectio dei et proximi Set sepe dilectio
dei tollitur a corde hominis per leonem id est
per diabolum et dilectio proximi per ursum
id est mundum sic videmus quod aliquis plus
diligit mundum quam mundum filius
mortem patris desiderat ut totam
hereditatem possideat et ibi dilectio
proximi totaliter tollitur Deinde miles
id est bonus christianus debet pro bellare id est pug=
nare vilit ut mercedem eternam
accipiet Et sic pastores id est predica=
tores parvuli ponuntur id est dilectio dei
et proximi et in una civitate id est ecclesia
sancta nutriuntur Set quod uxor id est anima viro
cognoscat est per signum in fronte
est quod homo se ad deum convertit et de
omnibus peccatis veniam petat et sic
ad patriam pergat id est ad vitam eternam
Quam nobis prestare

Alcimus regnavit Rome po=
tens valde qui unicam filiam
habebat quam multum dilexit
In tantum quod quinque milites ordinavit
qui eam custodirent et super illos
quinque milites quendam custodem
constituit ut si aliquis ex illis
quinque militibus deliquerit quod per eundem
custodem puniretur De inde in aula
unum canem habebat ligatum in die et
in nocte solvebatur ut curiam custo=
diret Et audivit quod imperator adultam
filiam volebat vocavit ad se unum philosophum

Et ait Ad tuam curam iam recedo tibi filiam meam committo ut in omnibus necessariis sibi caute provideas ita quod nullum habeat defectum et quod in adventu meo querelam non audiam. Item istum canem bene et fideliter custodias et quidquid de omnibus istis facias de consilio custodie militum fiat et si bene feceris mercedem condignam recipies et habebis. Deus det omnibus vale faciat et ad terram sanctam perrexit. Marcellus ista omnia ad medium tempus fideliter implevit. Postea necessaria omnia quantum ad puellam et milites subtraxit. Similiter de custodia militum saepe eum redarguimus sed nichil profecit. Canem autem delectabiliter nutrivit in tantum quod ligaturam fregit et discurrebat hinc et inde et multa mala perpetravit. Puella propter nimium defectum medicine non exurgebat, milites vero propter defectum multa latrocinia et furta committebant. Item canem sine ligatura optime pavit et custodivit. Audivit quod in moenibus venerit quod imperator de novo reverteretur. Marcellus hec audiens valde est perterritus. Cogitat non potest esse quin accusatus essem apud dominum meum de filia eius et de militibus et de multis aliis transgressionibus quas perpetravi. Melius est prevenire quam negligere et me ipsum accusare et veniam petere. Spoliavit se ipsum vestimentis suis omnibus excepta sola camisia

et femoralibus et in manu dextra tres laqueos accepit et imperatori obviam venerit. Imperator tamen cum eum a longe videret mirabatur quare in tali forma veniret. Cum autem appropinquasset flexis genibus imperatorem suscepit. Ait imperator Karissime quare in tali forma ad me venisti? Ait ille O domine quia aliter non inveni causam vobis non possum dicere nisi in vestra potestate constat de vestra voluntate et ante omnia peto quod [illegible] quare veni sub forma ista. Ait imperator Ad quid portas istas tres cordas? Qui dixit Primam cordam ad ligandum me manibus et pedibus quousque sanguis veniet. Secundam cordam ad trahendum me ad caudam equi quousque ab ossibus carnes separentur. Tertiam ad suspendendum, scilicet ad suspendendum me in patibulo tam diu quousque aves celi cerebrum capitis fuerint [illegible]. Ait imperator tam humiliter [illegible] et tam vile te ostendis tibi remitto quicquid contra me deliquisti. Dic ergo breviter que sunt dicenda. Ait ille Domine filia tua quam mihi ad custodiendum et nutriendum commisisti ex defectu nimio panem ab aliis mendicat. Item de militibus quibus debebam tuis necessaria ministrare debui [illegible] in tantum quod furta et latrocinia commiserunt propter necessaria non habentes. Item canem bene nutrivi in tantum quod ligaturam fregit sepius et multa mala perpetravit. Imperator cum hec audisset commota sunt omnia viscera eius et ait Pessime si tu propriis [illegible] mortem turpissimam condignam fecisses sed quia te remisisti non iudico sed

telcit perge ad filia mea cu militibz
ducas ad me Margaleus perrexit et fi-
lia optimis vestib9 vestiuit et ea
ad imperatore duxit et pace cu militibz
fecit Et qui qui p ip fuit Sz usqz ad
ultim9 quadrantez restauit Imperator
at p9ca filia margaleo i vxore dedit
milites ad diuicias z honores pmo-
uit Et sic margaleus i pace post tm
gressione cu vxore viuit et ambo vi-
tam i pace finierut // Moraliter //
Imperator iste Sz xpc filia Sz aia ad
ymagine dei creata cui9 deus p custo-
diam dedit quinqz milites i quinqz
sensus Custus istoru quinqz sensuu
e ratio que debet eos regere Sz caus
Sz tas tua pua margaleus e deo cui
deus oia tradidit ad custodiendu qui
perrexit ad terrz suam i adterlu Sz
ho sepe p mittit puella i aiaz me-
dicale h9 Sz d peccato i pctm cadere ita
qr omibz virtutibz spoliat quas in
baptismo accepit milites i quinqz
sensus ppter defectu custodie at disp-
tiue sunt sic latrones z sz vnus vide-
do que sunt nociua audit9 audiendo
q sunt illicita vn mediata z tria et
sic de singulis Sz tamen i carne dei
deus mirus curat optie nutrit Sz
de nocte i i tenebris cui9 mundi
ab omni pctio solui dz ut possit cetra
vicia laborare de die i cet mundi spta-
cula dz ligari Sz sepe ligatur suam
i diuina pcepta violat quando mor-
tale pctm comittit Sz io ms impera-
tor vetiuz esset ad iudiciu Si at
sapientes fuerim9 dem9 fac sicud
fecit margaleus depone omibus ves-
tes i veteris vita ex excipit fluente
i fide spe z caritate et tres cordas
nobiscu accipe z ei omitte Si vo
no fecim9 mi adustam i pcta et
dyab9 nos accusabit cu pua gtya
Vn em qua dm sum9 i hoc
mundo cu tribus cordis i vna cor-
da Sz ad ligandu nos Sz gtrito
que dz cor nrm ligare et penetra-
re qr sanguis i pctm expectat Sm
contrito va cu pposito satisfaciendi
z abstinendi ome pctm delet Se-
cunda corda ad trahendu nos e co-
fessio que debet nos trahere a prinici-
pio vite me usqz ad cor9 in tm
qr carnes i affectiones separentur
ab ossibz i anob Tercia corda ad
suspendendu nos quinqz aues celi ro-
hic Sz satisfacio Vn apostolus Suspe-
dium elegit aia mea i satisfactioz
ppter quinqz aues celi i angeli sunt
nob i refoullati Vn ait Gaudiu
Sz angelis est hic e refoullacio i
sume gaudiu Et si sic fecim9 deus
offensaz nob remittit Et tunc filia
possim9 ducere i aiaz ad vita sa-
lutis et induere optimis vestimentis
i virtutibz Et milites i quinqz sensus
p imaz reuocare Sz carnem i car-
nem heam9 sp sub iugu et si ista
fecim9 vitam etnaz obtinebim9
Qm nob prestare dignetur pr et filius
et spus sanctus Amen . . .

~~[illegible]~~

rum mors criminum vita / virtutum veritas
/ pugnancium palma victorum / sau-
ciatarum mencium arma · causa in-
torum bonorum premium · perfectorum
/ sine qua nullus deo placuit
cum qua nec aliquis potuit pec-
care nec poterit fructuosa in peni-
tentibus leta in proficientibus glo-
riosa in perseverantibus / victoriosa
in martiribus · operosa in omnibus
omnino fidelibus ex qua quicquid est
boni operis vivit Idem in eodem
Si decem ex toto corde diligamus
nichil erit in nobis unde pecca-
tis desideriis serviamus Item Augustinus
Aug Caritas est aqua de qua dominus
in evangelio Qui biberit ex a-
Jo iiii quam ego do ei non sitiet in eter-
num Item Ezechiel Gemmata
Ezech animalia minime revertebantur cum
incederent sed unumquodque ante fa-
ciem suam gradiebatur Item Sa-
Salom lomon Iustorum semita quasi
lux splendens procedit et crescit
usque ad perfectam diem Solucio
Hec que dicta sunt de caritate
de perfecta intelligi possunt Dicitur
enim caritas perfecta in via alias
quo ad sufficienciam quia suf-
ficit ad vitam eternam vitandam de
pena distinctione iii Hac autem
caritate alias quo ad effectum
et primum evangelium Maiorem
caritate nemo habet etc. vel maius
signum caritatis alias quo ad
perseveranciam finalem Augustinus
Aug Firmum fundamentum dei stat
immobile habens signaculum

hoc erit donis qui sunt eius honorum
fides que per dilectionem operatur profi-
cit / aut omnino non deficit / aut si
aliquando sunt quorum deficit reparan-
tur antequam finiatur ista vita et de-
leta iniquitate que intercurrerat
usque in fine perseverancia deputa-
tur / Idem nullus eorum ex bono
in malum commutatur qui finiunt hanc
vitam Notat autem sic unum funda-
mentum predestinacionem sive predestina-
tos et quod sequitur postea Nullus
eorum scilicet predestinatorum et sic hac
ultima exceptione possunt intelligi
auctoritates premisse vel de caritate
perfecta que est in patria vel intel-
ligas eas quamdiu enim durante
caritate non potest peccare homo
habens caritatem Illud vero Augustinus Aug
Caritas que deseri potest numquam vera
fuit intelligitur sic non fuit vera
id est incommutabilis vel sic non fuit
vera comparatione facta ad deum talia
leguntur / ut illud astra non sunt
munda in conspectu eius et illud
Omnis homo mendax et illud
Vanitas vanitatum etc. et ita cari-
tas semel habita non potest amitti sed
si perfecta est Si autem non est perfecta
amitti potest sicut patet in adam qui
habuit caritatem et postea amisit
de pena distinctione ii Adam
et in quo omnis princeps qui fuit
homo illa anima adeo peregit
Item potest poni exemplum de Moy-
se et Aaron et de David et
de multis aliis quos constat habuisse
caritatem et postea peccasse et co-
misisse illos de pena distinctione
ii Opponitur etc. sicut enim ipsi
De gradibus virtutum Item
ex predictis patet gradus esse non
solum inter plures virtutes sed et
in singulis virtutibus quod probat
Gregorius multipliciter exponens Ezech
verbum illud Ezechiel et vertebat

vir ad portam que respiciebat ad
orientem et ascendit super gradus
eius De penitentia distinctione prima Dil
Aug. iam Item Augustinus Si quis caritatem
habuit caritatem ut paratus sit etiam
pro fratribus mori perfecta est in illo
caritas Sed numquid mox ut na
scitur iam prorsus perfecta est non
sed ut perficiatur nascitur nata nu
tritur nutrita roboratur cum fuit
roborata perficitur cum ad perfectionem
venit quid dicit michi vivere christus
est et mori lucrum Idem Caritas
in quibusdam perfecta in aliquibusdam per
fectior perfectissima autem in hac
vita haberi non potest De tribus
Aug. actionibus penitentie Actiones autem
penitentie ut ait Augustinus sunt tres
prima est que novum hominem par
turit et fit ante baptismum in qua sci
licet baptisandus peniteat vite ve
teris novam vitam inchoare non
potest et si baptizetur recipit carac
terem sed non gratiam et peccatorum re
missionem donec recedat fictio de corde
suo non tamen tenetur iste ad exterio
rem penitentiam agendam quia suffi
cit ei penitentia interior ab hac penitentia
tum baptizantur soli parvuli sunt in
munes eo quod non possunt uti li
bero arbitrio Altera vero penitentia
est actio sive actus penitentie quam quis
facit post baptismum de mortalibus
peccatis Tertia est que fit de pec
catis venialibus et cotidianis De
Aug. hac Augustinus penitentia humilium et bonorum
fidelium pena cotidiana probantur
hec omnia De penitentia distinctione
prima Tres actiones de consecratione
distinctione iiii tunc valere agat
ne quod absit sine penitentia dona sunt
et vocatio dei quia gratia dei non requirit
in baptismo nec planctum nec plan
ctum vel opus aliquod sed solam
fidem et omnia gratis condonat Cir
ca secundam autem actionem consistunt
ad penitentiam maiorem principaliter insistendo

De tribus speciebus penitentie

De solempni penitentia

Species penitentie sunt tres Nam alia est sollemp
nis alia publica alia privata So
lempnis est que fit in capite quadragesime
cum sollempnitate que est distinc
tione prima in capite Dicitur autem
solempnis licet non ita proprie cum quis
ad penitentiam agendam mittitur in mosti
xxiii distinctione prima si ille Hec debet
imponi ab episcopo tantum vel de mandato
eius a sacerdote et debet imponi pro crimine
publico et vulgatissimo quod totam
commovit urbem Item non debet im
poni clerico nisi deposito Et in sol
egit eam non debet postea promoveri
nec ministrare in ordine suscepto Se
non debet contrahere matrimonium si tamen
contraxerit tenebit Probantur hec distinc
tione l. confirmandum illud alie in xx
vi questione vi capitulo ultimo et requi
re hec et alia de hac materia supra
de solempni penitentia et supra de sacramento
non iterando Circa penitentiam dicitur
quinque que supra est dicta solempnis eo
quia publice fit tamen proprie di
citur illa que fit in facie ecclesie non
cum predicta solempnitate sed cum indul
gentia peregrinatio per mundum cum baculo
cubitali vel scapulari vel veste
aliqua ad hunc consueta Hanc possunt
imponere quilibet sacerdos suo parochia
no quia non invenio esse prohibi
tum nisi consuetudo esset contraria
in aliqua ecclesia Item non debet impo
clerico nisi deposito nec debet deponi
nisi pro crimine enormi et manifesto
de penitentia distinctione vi Sacerdos
Item solempnis penitentia non debet
iterari sed alia quelibet potest et debet
iterari quotiens homo peccat de pe
nitentia distinctione iii reperiuntur Item
Septies cadit iustus ad hunc instat
officii Privata dicitur illa penitentia que
singulariter fit quottidie cum quis
peccata sua secrete sacerdoti confitetur

de privata penitentia

Que sit utilia in vera penitentia De

tribus ad perfectam penitentiam
necessariis Capitulum xlviii

Sequitur videre que sunt necessaria in penitencia
vera et perfecta et quod tria scilicet cordis
contritio oris confessio operis satis
factio Johannes os aureum Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia li Joh
benter sufferre In corde enim con
tritio in ore confessio in ore tota
humilitas Hec est fructifera pe
nitencia De prima distinctione prima
perfecta Quia enim tribus modis
deum offendimus scilicet delectacione co
gitacionis impudencia locucionis et
superbia operis Secundum regulam ut
contraria contrariis curentur tribus
modis oppositis satisfacimus De
hiis etiam Ieronimus exponens verba Jo
Amos ait Super tribus sceleribus
Damasci et super quatuor non
convertam eum Iuxta tropologiam
sic possumus dicere Primum peccatum est
cogitasse que mala sunt Secundum
cogitacionibus acquievisse pravis
Tercium quod mente decreverit opere
explesse Quartum post peccatum non
agere penitenciam et suo sibi complacere
delicto de pena distinctione prima Super
hiis et isti sunt tres mortui **De
tribus mortuis quos dominus
suscitavit etc** Quos legitur
dominus suscitasse scilicet filiam Archi
sinagogi filium vidue et lazarum
Puellam suscitavit in domo certe
peccatum cogitacionis filium in porta
civitatis certe peccatum locucionis la
zarum in sepulchro quatriduanum
et fetentem certe peccatum operacionis
Vel dic per puerum peccatum operacionis
in quo includitur peccatum locucionis
Per lazarum peccatum consuetudinis Item
puellam vero puerum mortuum lazarum
fremitu clamore et lacrimis susci
tavit Versus Mens mala mors intus
malus actus mors foris usus
Tumba puella puer lazarus
esta notavit Hanc verbo hunc mo
tu lacrimando suscitat illum etc
Hec igitur prima est illud felix
tedium De quo ait moyses Dies
ebreorum vocavit nos ut tamquam via
trium dierum in sollicitudine et sa
crificemus domino deo nostro ne
forte accidat nobis pestis aut
gladius Pestis id est culpa in presenti
gladius id est penam in futuro In hec
tridua consumit iniquus mala fi
lius et invenit Hec est scala
cum tribus gradibus quam vidit
Jacob erectam a terra usque in celum
et dum inmixtum scale sunt tria
Primum ut qui vias ascendit illud su
fortius eum sustineat Secundum
ut manum si victe fuit ascendenti
per eam porrigat Tercium ut
ascendens tamen laboravit et fa
tigatus fuit in ipsum respirat
iactans totam curam suam in
eum Non est enim ita crudel
ut ait Augustinus ut se subtrahat Augus
et ipsum cadere permittat In prima
dicta sine gradu est dolor in
secunda pudor in tercia labor Sin
gulas dictas per ordinem prose
quamur **De prima dieta**
Prima dieta est contritio circa
quam in ordine sunt consideranda scilicet
quid ipsa sit que sunt causa in
ductive ipsius qualis debeat esse
et quis eius effectus **Quid
sit contritio** Contritio est
dolor pro peccatis assumptus cum proposito
confitendi et satisfaciendi hec
papa ad omnino per prophetam Vbi
dicit Scindite corda vestra et non
vestimenta vestra etc Iste dolor
debet esse triplex ut ait Bernhardus Bern
acer acer acrimus Acer quia
offendimus deum et creatorem omnium
Acer quia patrem nostrum celestem
qui nos pascit multipliciter Acer
rissimus quia redemptorem nostrum
qui nos liberavit pro sanguine
a vinculis peccati a crudelitate
demonum et acerbitate iehenne

Sex cause inductiue contricionis

Cause inductiue sunt sex cogi-
tacio .i. exca pudor de tot commissis pec-
catis Detestacio vitalis ipsius peccati
Timor de die iudicii et pena ge-
henne Dolor de amissione patrie
celestis et multiplici offensa crea-
toris et spes triplex scilicet venie
gracie et glorie Venie qua peccata
remittuntur gracie qua bene operabi-
tur glorie qua pro bono opere ad vitam re-
munerabitur De primo scilicet de cogi-
Eze.as tacione Ezechias Recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritu-
dine anime mee De secundo scilicet de
Job pudore Job res dignas confusione
agunt Apostolus Quem fructum ha-
Apus buistis in illis in quibus nunc
Naum erubescitis Naum iii° Revela-
bo pudenda tua in facie tua Je-
remie in trenis Denigrata est super
carbones facies eorum De tercio
scilicet detestacione peccati propter eius in-
litatem peccator vilis factus est Jeremie
Jeremie Quam vilis facta es nimis iterans
vias tuas Petrus in actibus Qui
petrus facit peccatum servus est peccati Augustinus
Aug Accede te expecto nec est inhonestas
Philosophus Maior sum et ad ma-
philos iora natus quam ut fiam mancipium
corporis mei Seneca Si scirem
Senec deos ignoscituros et homines igno-
raturos tamen abhorrerem peccatum
De quarto scilicet timore de die iudi-
cii et pena inferni Jeronimus Co-
Jero tiens diem illud considero toto
corpore contremisco Idem Sive co-
medo sive bibo sive aliquid aliud
facio semper illa tuba terribilis sonat
in auribus meis Surgite mor-
tui venite ad iudicium Ubi princeps
et quodam potius immo latere
palpabunt Ubi Plato cum suis
discipulis et Aristoteles cum suis
argumentacionibus nichil valebit
Solus enim filius iudicabit contu-

arie fines fere Augustinus Ar- Aug
dat homo carnalis mentis sue et
Gregorius Quid faciat virgula de- Greg
serti ubi concutitur cedrus alta
paradisi Petrus in canonica iiii Petrus
Si iustus vix salvabitur impius
et peccator ubi parebit Apocalipsis Apok
xix Apprehensa est bestia et
cum illa pseudo propheta et qui
acceperunt caracterem bestie et qui
adorauerunt ymaginem eius missi
sunt hii duo in stagnum ignis
etc. Item Apocalipsis xxi Timidis Apok
et incredulis et execratis et homi-
cidis et fornicatoribus et veneficis
et ydolatris et omnibus mendacibus
pars illorum in stagno ardenti
igne et sulphure quod est mors Ap9
secunda Item Apostolus Ad Romanos
vi Stipendia peccati mors De Apok
v° Apocalipsis iii° Tene quod habes
ut nemo accipiat coronam tuam
In eodem xvi Beatus qui vigilat
et custodit vestimenta sua ne nu-
dus ambulet et videat turpitu-
dinem eius Infra regimine super
eodem in auctore Richardus de s°
scilicet Ope ipse met dominus Ecce sto Richar9
ad hostium et pulso si quis au-
dierit vocem meam et aperuerit
michi ianuam intrabo ad illum
et cenabo cum illo et ille mecum
qui vicit dabo ei sedere mecum
in throno meo Item tam ipse
quam precursor eius clamaverunt
in sue predicacionis exordio Pe-
nitenciam agite et statim subiun-
gunt dicentes appropinquabit enim
regnum celorum Item non veni
vocare iustos sed peccatores ad pe-
nitenciam Attende ergo peccatrix
anima quod non solum deus sed
tota illa celestis curia tam ipso
domino tam pie tam dulciter
te hortatur ad primam dicentes Re-
vertere revertere Sunamitis revertere
revertere ut intueamur te Nota No
quater dicunt revertere propter

mior quam peccatoris Dicimus ergo o
fimaritis et captiua anima quam
scilicet diaboli per delicias huius mundi
captiuam traxit ad miseros reuertere
a peccato praue cogitationis reuertere a peccato
locutionis / reuertere a peccato operationis
reuertere a peccato praue consuetudinis
Item reuertere per cordis contricionem
reuertere / per oris confessionem / reuertere
per operis satisfaccionem / reuertere per bone
uite consumacionem quia qui perseuera
uerit usque in finem hic saluus erit
vt intueam te et ut sit possimus
uidere in te ymaginem et similitudinem
dei quam feruenti desiderio optamus
Osee Item dominus per Osee ij° ad animam
peccatricem Sponsabo te michi in
fide et sponsabo te michi in iudi
cio et in iusticia et in misericordia et in
miseracionibus et sponsabo te michi
in sempiternum Nota quod ter dicit
nota sponsabo triplicis dilectionis triplex
testimonium scilicet cordis oris operis
Vnde ter questiuit a petro an diligeret
dominum Item ter dicit sponsabo quod
triplicater desponsatur anima peccatrix
Christo scilicet per contricionem per confessionem
satisfaccionem Nec est peccator mittendus
Jero quod dicit Jeremias Hic hys verbis
Nota misericordiam dei Meretrix enim for
nicata ad virum reuertitur nec reg
uuatur viro sed sponsa deus et
vir e distancia inter deum et hominem
conjungia Homines de virginibus
non virgines faciunt / sed deus de me
retricibus mixta uirgines reddit Item
in secundo dicit sponsabo duas
apponit determinaciones pertinentes ad
iusticiam / et duas pertinentes ad
misericordiam / et tamen principium notatur
expresse misericordie in pluraliter dicitur
nota in miseracionibus Item pro ad hoc
dubitas de venia tunc ad exempla
dauid marie magdalene petri ma
thei theolonarii pauli et aliorum
quam plurimorum quos post peccata
gratiosissima misericordia respexit
misericors et miserator dominus Noli
igitur ad tantum desperare de venia
quia plus potest deus dimittere
quam possit homo peccare
nec tu origenes minus presumere
de misericordia dei sed ita animam tuam
tuam conteras inter duas mo
las has scilicet timoris et spei ut
ex farina sic contrita baratello
discrecionis mundata aqua lac
rimarum commixta bonum panem in
clibano cordis igne caritatis
decoctum facias hospiti pulsanti
et tecum cenare volenti De Jer9
quo supra cosi Isto enim ab
stitit Christus hospes Joh v° Joh
Ego cibum habeo manducare quem
vos nescitis et exponens subiunxit
Meus cibus est ut faciam vo
luntatem eius qui misit me Istud
eciam potum clamabat in cruce
dominus dicens Sicio et ps Cur
ri in siti ffecit cum gaudio celeste
tamen quia gaudium est angelis
dei super uno peccatore penitenciam agente
Et quam voluerit modo contritionem
contereris postea irremediabiliter
in inferno Iuxta illud Contricio
et infelicitas in viis eorum et viam
pacis non cognouerunt Via pacis est
contricio sine penitencia per quam refor
matur pax inter fidem et deum
et in via istius pacis amari
tudo mentis est necessaria Ezechias Ezech
Ecce in pace amaritudo mea
amarissima Amara quia delec
tatus sum in cogitatione illicita
Amarior quia consensi Ama
rissima quia opus illicitum perfe
ci tamen Qualis debeat esse
contricio tamen xlij Qualis de
beat esse contricio scilicet quod sit vni
uersalis et continua huius oppositum

confitendi et satisfaciendi Hec p
bant in auctoritate predicta Recor
ditabo tibi omnes annos meos etc.
Item lavabo per singulas noc
tes lectum meum etc. Item Quoniam ego in
flagella paratus sum et dolor m
in conspectu etc. Dehoc respice
infra de confessione et satisfac
tione Quis sit effectus cont
ricionis C C Requirit quis sit
eius effectus Patet autem effectus
eius in parte ex vi ipsius nominis
Dicitur enim contricio quasi simul
vel ex toto tricio quod et passive
intelligendum est et active Passive
quia totum cor ad tritum quasi
teritur et scinditur spiritualiter
angustia dolore ira et indigna
tione que concepit contra ipsa
peccata Unde dominus per prophetam
Johe Scindite corda vestra et non vesti
ps menta vestra Item ps Sacrificium
deo spiritus contribulatus cor contri
tum Pinge ergo et per ante cor
tuum et si necesse fuerit spinis cla
vis et lancea et lancea et aliis
quibus ipse Christus fuit pro peccatis punitus
in cruce Active quia ista tamquam
fortissima machina contenit
congeriem peccatorum que quasi quidam
ysa muri separant adeo Ysaias Ini
quitates vestre diviserunt inter
nos et deum Item hec conterit
laqueos et chathenas dyaboli
ps ps laqueus contritus est et nos
h liberati sumus Item hec destruit
carcerem infernalem quem demones
paraverunt in inferno anime per
catori et vires demonum ener
Capon vat Unde Sampson postquam
creverat capilli eius viribus
restitutis concussit duas colump
nas et domus corruit ita quod
ipse cum philisteis mortuus
est Sic peccator cum recuperavit

capillos .i. dona spiritus sancti per contri
cionem et restituunt vires ita quod duas
pessimas columpnas .i. concupiscen
ciarum et superbiam intus concutit
veterem hominem in se interficit do
mum infernalem diruit demonum
vires enervat Ista conterit brachi
um peccatoris et maligni .i. dyaboli
Item ista reparat muros iherusalem quos
destruxerat Nabuzardan ps ps
Benigne fac domine in bona vo
luntate tua syon in contricione ante solo
contritis data vel data vel danda
syon .i. anime ut sit edificentur
scilicet per eam muri iherusalem Et hinc
ista mundat animam a reatu culpe
liberat a pena gehenne abhor
renda de eius proprietate et ami
cissima peccati sumitur Restituit
bona spiritualia que amiserat per
peccatum societatem et spiritualem co
munionem eterne bonorum quod omnium que
in ea fiunt participatione de filio
ire filium gratie de filio dyaboli
filium efficit dei et consequenter parti
cipem hereditatis eterne etc. Utrum
sola contricione dimittatur peccatum
vel sola confessione etc. L
Qualiter autem hoc intelligendum
Utrum scilicet sola contricio sine confessione
tollat peccatum An contricio cum
confessione varie sunt opiniones
Dicunt enim quidam quod sicut tribus
modis deum offendimus corde
ore opere, ita et tribus et modis
est necessaria satisfactio alias non
dimittitur peccatum arguunt de
prima distinccione in (pro sta)
Auctoritates autem que dicunt
peccatum dimitti sola cordis con
tricione asserunt intelligendas
esse cum articulus necessitatis ex
cludit oris confessionem et satis
factionem Alii dicunt quod dicitur ante

si remissionem per cordis contricionem
Argumentando de penitencia distinctione
iii Sane insi. Tercii vero dicunt
sola cordis contricione dimitti pec-
catum adulto si vere conteritur et
proponit ab aliis abstinere et in-
confiteri et de eo satisfacere
secundum iudicium ecclesie De penitencia di-
stinctione prima Magna pietas
dei ut ad solam promissionem peccata
dimiserit Non dum pronunciat
ore et tamen iam deus audit
in corde etc. Expositio ¶ Hec ultima
opinio est celebrior Verum quod
intelligas quod contricio dimittit
peccatum proprie loquendo sed ipse deus
Ambros mediante contricione Ambrosius de penitencia
distinctione prima Verbum dei di-
Aug mittit peccatum Item Augustinus
De penitencia distinctione iii Nemo
tollit peccata nisi solus christus qui
est agnus dei tollens peccata mundi
Tollit autem et dimittendo que facta
sunt ibi et originale contrahitur
et admonendo ne fiant et per-
ducendo ad vitam ubi fieri omnino
non possunt ¶ Quod autem dicit
solus christus non excludit patrem
neque spiritum sanctum Nam et ille di-
mittit peccatum cum inseparabilia
sint opera trinitatis xi questione
iii Illud, De consecratione di-
stinctione iiii quod et distinctione
iii Omnis ¶ Quod etiam vera
sit ista opinio patet per exemplum
lazari quem prius dominus susci-
tavit quam a discipulis solveretur
et per x leprosos qui in via
antequam venirent ad sacerdotes
ps mundati sunt ¶ Iuxta psalmus Dixi
confitebor et tu remisisti impie-
tatem peccati mei Dixi id est firmiter
in animo meo proposui ¶ Circa
hoc etiam notabilia tria quod sunt

sunt ipse scilicet iustificatorum confessorum
et peccatorum remissionum ¶ Quedam
tamen ex hiis naturaliter precedunt
necesse enim hec intelligere quod quamvis
primus habeat graciam quam contricio
precedit ergo gracia sequitur dilectio
quoniam qui graciam habet diligit sequitur
contricio quia qui diligit conteritur
Sequitur remissio et iste processus
colligitur De penitencia distinctione ii Qui
qui non diligit manet in morte
et Augustinus sine karitate Aug
quo veram cordis contricionem quis
habere potest quo est causa delictorum
remissionis ¶ Item circa ista, Nota
quare confessio sine penitencia dicitur
sacramentum ¶ Sunt enim tria ibi
notanda scilicet confessio contricio
et mundacio Confessio est signum
tantum scilicet contricionis contricio est res
et signum res signum confessionis
signum mundacionis mundacio est
res signum tantum scilicet contricionis

Secunda dicta confessio ¶

Secunda dicta est confessio circa
quam sunt septem consideranda videlicet
quid ipsa sit, an necesse sit facienda
et cui, et que sunt utilia ad veram
confessionem Item ubi et de quibus et que
sunt interrogationes faciende et
de pena sacerdotis revelantis
confessionem

Quid sit confessio

Confessio est legitima coram sacerdote
peccatorum declaracio et dicitur confessio
quasi simul vel ex toto vel undique
fassio Nam ille confitetur qui to-
tum fatetur

An necesse sit facienda confessio ¶

Tenetur
penitens peccata sua necesse confiteri
et dicimus hec tria contricio confessio
et satisfactio sunt in precepto
contricio precipitur in Iohele Iohele

Scindite corda vestra Confessio in
extremis Effundite sicut aqua cor
tuum Item ps Effundite coram illo
corda vestra Et Jacobus Confitemini
alterutrum peccata vestra Satisfactio
in Johanne facite dignos fructus
penitencie Item hec omnia precipiuntur
a domino cum dicit Penitenciam agite
etc Ergo videtur quod non est salus
sine confessione quod verum est ubi quis
potest habere tamen confiteatur alias sufficit
requirere misericordiam cordis Sed magis
in articulo etc Cui sit facienda
Confessio Debet quilibet
regulariter confiteri sacerdoti Nam
sacerdotibus dicit dominus potestatem ligandi
et solvendi cum dixit Quorum
remiseritis peccata etc Et de penitencia
distinctione prima Verbum dei Nec tamen
cuilibet sacerdoti licet cum eque omnes
sacerdotes in ordinacione recipiant hanc
potestatem [ligatam?] est tamen ita quod non possunt
eam exequi nisi data sit auctoritate
et potestate ab episcopo diocesiano vel
a sede apostolica Hoc etiam intelligitur
de sacerdotibus religiosis et re
clusis quia nec illi possunt iniungere
penitencias nec baptizare nec predicare
et similia que pertinent ad curam
animarum nisi fuerint electi apostolice(?)
et ab episcopo cum consensu sui abbatis
vel alterius prelati instituti XVI
questione prima Alia precepit(?) [illegible]
[illegible] in hoc et [illegible] Hoc idem Item
posito quod alicui est data ab
episcopo potestas non potest propter hoc iudicare
parochianos alterius quia non debet
mittere falcem in messem alienam
XX questione VII Per totum Tenetur
ergo penitens confiteri proprio sacerdoti De
penitencia distinctione VI Placuit Extra
De penitencia et remissione Omnis utriusque

sexus et est racio quia ipse qui est
est prelatus suus tenetur reddere racionem
de anima eius et tradere sibi eukari
stiam et alia sacramenta in quorum
collacione utitur sibi [illegible] nisi fa
ciat posse suum ut sciat tamen [illegible]
et ideo dicitur ei per Salomonem Salomon
Agnosce vultum pecoris tui Quali
ter autem deceat procedere sacerdos cum
sit subditos in mortali manifesto
vel occulto Respondetur super decretale
Omnis [illegible] Cum sit utriusque velit(?)
Et fallit regula supradicta in quibusdam ca
sibus in quibus potest tamen est data
potestas imponendi penitencias in aliqua
parochia ab episcopo audire confessionem
alterius parochiani utputa cum ille ex
traneus peccavit in parochia sua
Item si mutavit ibi domicilium Item
si est vagabundus Item si petivit
et obtinuit licenciam a sacerdote suo
quem videbat imperitum et insuf
ficientem volens ire ad alium discre
tum vel quia arripiebat longum
iter petebat licenciam ut posset
in itinere confiteri Item in articulo
necessitatis Probantur hec VI casus
ut placuit extra de decimis(?) [illegible] ab
[illegible] ff de minori heres [illegible]
de penitencia distinctione VI placuit
Sed nunquid in hiis casibus poterit
audire confessionem illi sacerdotes quibus
non est danda potestas ab episcopo Respon
sio dico indistincte quod non [illegible]
primis quatuor casibus et est racio
duplex una quia isti sunt modi
dandi iurisdictionem ei qui aliter
non habet alia quia licet ipsi peni
tentes sint absoluti quod possint
confiteri non tamen sunt absoluti quod
possint audire Item simplex sacer
dos non potest dare [illegible]
[illegible] sine potestatem [illegible] sed
episcopus solus potest illis qui sunt
in suo [illegible] non tamen aliis

qui sunt in aliis spacialibus Argu-
mentum xvi questione prima et c.
certe in hoc et c. hoc idem. In p°
n° casu secundus dico quia ut ait
Augustinus Augustinus Tanta est vis confessionis ut si
immineat articulus necessitatis vel
quia infirmatur ad mortem et con-
fiteri vult vel quia imminet bellum
instans et non est sacerdos confiteatur
proximo, et ita non solum clerico
vel etiam layco vel socio possit
tunc confiteri De penitentia distinctione
prima, quem penitet de confessione
distinctione vi, secundum Item no-
ta quod licet non possint sacerdotes quibus
data est potestas audiendi confessiones
audire parochianos alienos nisi
in casibus predictis possunt tamen eis
dare consilium quod etiam licet cuilibet
discreto, possunt etiam dare penitentiam no-
mine prelati eius qui vult confiteri
ponentes spem in ratihabitione
ipsius et tunc quia sacerdos iste dicet
penitenti quam cito poterit representet
se prelato suo ut confiteatur ei pec-
cata dicat ei penitentiam quam iste
imposuit sub spe premissa, si ha-
buerit ratum bene est sin alias
accipiat ab illo quod sibi consultius
est. Item consulo quod in omni ca-
su quo aliquis potest audire paro-
chianum alterius competentem dicat
ei quod cum poterit confiteatur prelato suo
vel ante vel saltem post ea quia
se ipsum manifestare De penitentia
distinctione v. Placuit Si
aliquis tenetur confiteri heretico
in articulo mortis c. Sed
numquid in articulo necessitatis te-
neatur confiteri heretico scismatico vel
simili si non potest invenire catho-
licum Credo quod non ymmo sa-
no iudicio consulerem quod nullo
modo confiteretur ei sed doleret
de peccatis, et quia tunc desiderat
confessionem et confiteatur in corde

bene deo et sufficit ei, licet cum
ponentes ipsum de facili in aliquo
errore vel desperatione sicut plerisque
iudam dicentes cum confiteretur eis peccatum
quid ad nos tu videris De penitentia di-
stinctione vi capitulo primo xii di-
stinctione c. viii° Idem credo
de excommunicato Respice supra de sacerdote
non vitando c. iii° In summa vero
Item quintum Item numquid pro-
chialis sacerdos vel alius cui
episcopus dedit potestatem audiendi confessiones
poterit imponere penitentiam subditis
secundum canones an teneatur episcopo ali-
quos remittere Ad hunc dico quod
secundum potest imponere nisi in quinque
casibus Primus de hiis quibus
est sollempnis penitentia imponenda
Respice supra eodem c. Epis-
copus Secundus de excommunicatis quos potest ali-
quando absolvere, et aliquos non
sine distinctione quam require supra
de sentencia excommunicationis c. regulares
et in sequentibus c. plene invenies
de hoc Tercius casus est ubicumque
invenit irregularitatem contractam
quia per illam quod penitentem re-
mittet ad episcopum ut vel ipse dispen-
set cum eo si potest vel cum liberius
suis mittat eum ad papam De
hoc respice supra de dispensatione
c. quia per dictas et de sentencia in-
terdicti c. [illegible] et c. sed numquid et q
de penis ibi videndi Quartus
casus est de incendariis xxiii
questione ultima, si quis in-
cendio pessima Quintus si sit
consuetudo in aliquo episcopatu quod
aliquorum, causa crimina ad episcopum re-
serventur sicut obtinet consuetudinem
plerisque et in de homicidiis sacri-
legiis, falsariis violatoribus immu-
nitatis ecclesiastice et aliis enor-
mibus, horum etiam aliqui mittuntur
ab episcopis ad sedem apostolicam propter
enormitatem eorum et ad crucem

Nunc quod episcopus delegat alicui
vices suas circa penitencias imponendas
et similia Nichilominus potuit facere
delegatus ista maiora Ad hec
credo quod episcopus non intelligatur dele-
gare huiusmodi maiora in sim-
plici delegatione nisi expresse di-
catur sit tamen adpertius correctores
videant spiritualiter spectat nec videtur
quod deceat delegare precipue dispen-
sationes et absolutiones excommunicatorum
in quibus interveniunt iniuncta
et restitutiones nisi forte ipse esset
impeditus et tunc committeret alicui
discreto et perito quo cognosceret
personas et sciret circumstantias facti
et veritatem Dominus tamen Respice
supra de symonia super de penis
[illegible] uno videndum ubi si queras
Sed nunquid prelatus episcopus vel supe-
rior preter suorum superiorum licentiam
eligere debet confessorem qui ipsum in
foro penitenciali possit dispensare suis
absolvere Responsio potest dominus [illegible]
Hostiensis et idem dico de aliis
prelatis exemptis qui sub sunt
immediate domino pape ne pro
dilatione pene periculum immineat
animarum extra eodem ne pro dila-
tione hoc autem intelligo si nisi sit
ex [illegible] maior excommunicatione

De venialibus peccatis

Secundo de venialibus nunquid et
illa tenetur quis confiteri circa
ad hoc dicit Beda quod non expo-
nens illum locum confitemini alter-
utrum peccata vestra ait enim coequalibus
cottidiana et levia gravioris vero
sacramento pandamus etc et infra
Sed et graviora coequalibus
pandenda sunt cum deest sacer-
dos et ingerit periculum Venialia
vero etiam sacerdote ablata co-
pia licet confiteri coequali et hoc
sufficit ut dicunt plerique doc-
tores si tamen ex contemptu non
pretermittat sacerdos Alii vero
dicunt et credo tucius quod utriusque
generis peccata sacerdotibus sint pandenda
quibus est concessa potestas ligandi
et solvendi si habeatur eorum copia
Si autem queras que peccata sint
mortalia et que venialia potes
notare in primis mortalia peccata
omnes transgressiones decalogi
Item quedam enumerantur ab apostolo
in epistola ad Romanos ut est in glosa
primo capitulo nam iniquitas malicia
fornicacio avaricia nequicia invidia
homicidium contencio dolus ma-
lignitas susurratio detractio contume-
lia superbia elacio inventio malorum
inobediencia insipientia incompositio
quibus adiungit illos qui sunt
sine affectione absque federe et sine
misericordia Postea adiungit et qui talia
agunt digni sunt morte Item
in epistola ad Galatas v Manife-
sta autem sunt opera carnis que
sunt fornicacio immundicia ira
impudicicia luxuria avaricia etc
Multa etiam enumerat Augustinus
mortalia et venialia distinctione
xxv [illegible] et supra in singulis
tractatibus poteris invenire
Unum tamen consilio quod non sis ni-
mis promptus iudicare peccata
mortalia ubi tibi non constat
certam scripturam esse mortalia
sed potes dicere esse peccata et in-
ducere homines ad penitentiam de talibus
Alias enim cito possent inducere
homines in desperacionem

Que sunt initia ad veram confessionem

Sequitur que sunt initia
ad veram confessionem Ad hoc dicas
quod in quattuor verbis quod sit amara fe-
stina integra et frequens De
primo scilicet de amaritudine Ieronimus
Statue ergo spectaculum pone tibi
amaritudines dirige cor tuum
in viam rectam Signa huius
amaritudinis sunt quinque Verecundia

Margin notes: Beda — de peccatis per totum — Galath — Augustinus — Nota — Ieronimus

similitas lacrime fortitudo virtutis
pudorem et promptitas obedientie
De primo signo scilicet verecundia
Gregorius laborat mens patiendo
erubescentiam et quoniam verecundia est
magna pena quam erubescit pro
Christo fit dignus misericordia De pe
nitentia distinctione prima, quem
penitet De secundo scilicet humilitate
Apostolus Apostolus humiliamini sub potenti
manu dei etc. Unde et publi
canus non audebat oculos ad celum
levare De tertio scilicet dolor lacrimis
Ieremie in trenis deducunt quasi
torrentem lacrimas per diem et
noctem ne des requiem neque taceat
pupilla oculi tui Item
Io. Crisostomus Iohannes Crisostomus lacrime lavant
delictum quod pudor est confiteri
vel cum pudore et verecundia con
fitendum Item psalmista fluminis impe
tus letificat civitatem dei De
quarto scilicet fortitudine exemplum ma
rie magdalene que adeo fortis
fuit in confitendo propter amantium
intuitus quod nullo
pudore obstante publice fuit
confessa turpitudinem peccatorum
De quinto scilicet promptitate obedientie
exemplum domini qui factus pro
nobis obediens usque ad mortem
mortem autem crucis Item Gregorius
Ponat se penitens omnino in potestate
iudicis in iudicio sacerdotis
nichil sibi reservans sed in toto
eo iubente paratus sit facere
percipienda vita anime si sine fa
ceret penitenda corporis morte
et hoc tamen desiderio quia vita
recuperat infinita ut deus cum
gaudio ei faciat sed immortalis
futurus que faceret pro differenda
morte moriturus De penitentia di
stinctione V consideret Quod
confessio debet esse festina
Item debet esse festina confes

Salomon Ne tardes converti
ad dominum et ne differas de die
in diem subito enim veniet ira
illius et in tempore vindicte
disperdet te quod festinandum est propter
quinque Debet ergo festinare propter
quinque Primum propter incertitudinem
hore mortis Luce Veniat dominus
servi illius in die qua non
sperat et hora qua nescit et di
videt eum partemque eius cum in
fidelibus ponet Item diu
permittere est mira longa detentio
est Stulte ac nocte repetent
animam tuam a te que autem cogi
tasti cuius erunt Secundum est
quia morans in peccato et perse
quens pena pene Apoc. Qui Apoc
in sordibus est sordescat adhuc
Apostolus An ignoras quod be Apostolus
nignitas dei ad penitentiam te ad
ducit Secundum duritiam autem
tuam et cor impenitens thesau
rizas tibi iram in die ire et
revelationis iusti iudicii dei
qui reddit unicuique secundum opera
sua Item Ozee Maledictum Ozee
et mendacium et homicidium et fur
tum inundavit et sanguis san
guinem tetigit Item Gregorius Gregorius
Peccatum quod per penitentiam non diluitur
mox suo pondere ad aliud
trahit Tertium est quia quanto
maiorem moram fecit in peccato
tanto magis elongatur adeo
et per consequens difficilior
erit conversio Unde illud Ovidii
non est hodie cras minus aptus
erit Principiis obsta sero me
dicina paratur Cum mala per
longas invaluere moras et psalmista ps
Domine qui elongant se a te pe
ribunt Quartum quia in extre
ma egritudine vix potest aliquis
penitere sed etiam cogitare Io. Io.

Cum egritudine opprimeris vix ali-
nd poteris cogitare quam quod sentis
et illuc rapitur intentio mentis
ubi est vis doloris Multa enim
ut ait Augustinus Occurrunt tunc in-
pedimenta illam morbus urget
pena terret filii quos illicite
dilexit, uxor et mundus eum
ad se vocat, tunc ergo eum et di-
mitte incertum. Age penitentiam
dum sanus es non differas
in tempus adinfirmitatis De penitentia
distinctione vii. Qui egerit il-
lusus expectet. Certum quia
nisi in vita penitens exaudietur
omnium clamantem clamabit ipse
propterea ad dominum et non exaudiet
Clamavit enim dives in inferno
sepultus et non est exauditus in
gutta aque Item clamaverunt
virgines fatue Domine domine
aperi nobis et respondit dicens nescio
vos Item de talibus dicit per Ie-
remiam Ecce ego inducam super eos
mala de quibus exire non pote-
runt et clamabunt ad me et
non exaudiam illos Festina
ergo noli procrastinare dicens
sine modo sine modo quia sicut ait
Augustinus illud modo non habet modum

De integritate confessionis

Item debet esse confessio
integra scilicet ut peccata omnia dicat
non dividendo unam causam in di-
versos sacerdotes sed uni Unde
enim sicut bonus opus imperfectum
non novit, aut totum simul
xv sanat aut nichil. Item Larga
dei pietas veniam non dimidiabit
aut nichil aut totum te lacri-
mante dabit Item Augustinus
Aug Caveas ne verecundia ducta
Ier dividas confessionem Ad idem Iere-
mie ii Effunde sicut aquam

cor tuum ante conspectum domini Item
psalmista Effundite coram illo corda ps
vestra Adhuc autem quod integra
sit confessio ista novem exiguntur
scilicet quod sit voluntaria fidelis pro-
pria accusatoria vera nuda discreta
pura morosa Voluntaria debet
esse ut non sit sicut confessio athoz
sed sit confessio dextri latronis
in cruce, Licet enim dolere debeat
de peccatis que commisit, debet tamen
gaudere propter veniam quam recuperat
Unde simul coniungit dolorem et
gaudium esse in eodem subiecto
psalmista Secundum multitudinem dolorum ps
meorum in corde meo consolationes
tue letificaverunt animam meam
Fidelis ut tam ipse confitens quam
sacerdos cui confitetur sint in fide
katholica et fiat confessio secundum
doctrinam ecclesie non secundum doctrinam
hereticorum Item quod fiat sub
proprio nomine aliter non valet De
penitentia distinctione prima Quem
penitet et distinctione vi Qui
vult Propria ut seipsum tantum accu-
set non alium psalmista Meditatus ps
sum nocte cum corde meo et
excitabar et scopebam spiritum
meum Item Deus vitam meam annun-
ciavi tibi non alterius aliter si tunc
alterius diceret non esset errorum
illius corrector sed proditor
vel detractor Fallit hic cir-
cumstantia talis est quod aliter
non posset confiteri peccatum ut si
cognovit matrem suam vel filiam
vel similia et tunc non est dicendus
proditor quia non dicit ut alium
prodat vel gravet sed ut se li-
beret quod aliter facere non posset
Accusatoria ut dicat se commi-
sisse peccatum ex propria malitia accu-
sando se fortiter non pretendens
excusationes in peccatis sicut

sicut primi parentes Salomon in pa-
rabolis xviii Iustus prior est accusa-
tor venit amicus eius et investi-
gabit eum Nisi modo se accuset
coram isto amico i. deo vel sa-
cerdote dei vicario in futuro habebit
accusatores demones propriam conscientiam
dyabolum peccata et etiam totum mundum
quia pugnabit orbis terrarum contra
Aug insensatos Si vero modo se ac-
cuset deus excusabit eum Augustinus
ps super psalmum Veritas de terra orta
est etc. Veritas de terra oritur i. con-
fessio de homine ut se accuset et
iusticia de celo prospicit quasi deus
dicat parcamus huic quia non parcit
sibi ignoscamus quia agnoscit
De celo ergo iusticia prospexit
i. a deo data est iustificatio primi
Vera a. non tacens verum nec ad
miscens falsum et humilitatis causa
Aug Augustinus Cum humilitatis
causa mentiris si non eras peccator
antequam mentireris mentiendo effi-
ceris quod devitaveras mente
non est veritas nisi ita te dixeris
peccatorem ut etiam esse recogno-
scas secundum illud david Peccatum
super numerum arene maris vi-
tas aut ipsa est ut quod est dicas
Nam quomodo est humilitas ubi
regnat falsitas Sed contendunt
Iohs Iohannes in canonica prima
primo Si dixerimus quia peccatum
non habemus ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est
Greg Item Gregorius Bonarum men-
cium est ibi culpas suas agno-
scere ubi culpa non est Sed
dic quod debet se dicere peccatorem
in genere quia nemo sine crimine
vivit In specie vero non dicat se
perpetrasse peccatum nisi sciat vel
credat ita esse Obicitur etiam
de generali confessione in qua
sacerdotes et alii confitentur

etiam mediam specialiter se omnia
commisisse peccata Sed dic quod
talis confitens loquitur in persona
ecclesie vel quia sicut dicit Augustinus Aug
in uno peccato multa peccata
possunt notari Quod clare dicit
in omnibus viciis reperiuntur quibus mis-
homo etc. ubi comprehendit genera
singulorum et non singula generum
quasi dicat peccatum cogitatione
locucione opere et omissione
Nuda quia non debet confiteri
per nuncium vel per epistolam nec sa-
cerdotem qui peccator bene novit
que fecit sed viva voce et ore
proprio licet quem plus se peccavit plus se
ipsum erubescat Precepit enim deus
mundatis ut ostenderent ora sacer-
dotibus Et Augustinus De pena di- Aug
stinctione prima quem penitet
Item quia non debet confiteri
verbis nec nominibus eius palliatis
tis sed quod libet peccatum suo pro-
nomine quantumcumque turpiter expri-
mat et non solum ipsa peccata
sed omnes circumstancias quantumcumque
turpes vel abhominabiles ut
sic tota sanies apostematis
expellatur Item debet confiteri
circumstancias concomitantes ipsum
peccatum et etiam precedentes et alli-
cientes ad peccatum Dicuntur autem
circumstantie concomitantes qualitas
eius locus tempus et persona et
consimiles Precedentes seu alli-
cientes dicuntur circumstantie de quibus ysa c
habes in ysa iii Pro eo quod ele-
vate sunt filie syon et ambu-
laverunt extento collo et nutibus
oculorum etc. Item nota quod quedam
circumstantie concomitantes ipsi peccato
que nec peccato nec persone sed ex-
trinsecus considerantur Peccato
adheret de te statuto ut in sodomia

tio horribilitas ut in homicidio
qualitas ut in peccato occulto vel
manifesto quantitas ut in parvo vel
maiori vel enormi et similes
persone ut dignitas libertas scien
etas sexus et similes Nec peccato
nec persone nec locus et tempus et
similes Tales circumstancias de
bemus confiteri proposse et de eis
dolere ac penitere nec non et in
posterum abstinere de penitentia distinc
tione v c. primo Unde satis
quod legimus angelos dixisse loth
Gen Gen. xix Salva animam tuam
noli respicere post tergum nec stes
in omni circa regionem sed in mon
tibus salvum te facere et tu pe
David reas Item David ego sum
qui peccavi qui inique egi isti
qui oves sunt quid fecerunt Et
Job Job vii Non parcam ori meo lo
quar in tribulacione spiritus mei con
fabulabor cum amaritudine ani
Ysa. me mee Item Ysa. xiiii. perdam
babilonis nomen et reliquias
et germen et progeniem ait dominus No
men babilonis perdam id est primus
peccati nomen in confessione non ta
cebo non palliabo sed expresse no
minabo et condempnabo et reli
quias id est memoriam dulcem fre
quenciam tactum confabulacionem
et similia et germen id est incitativum
peccati sed malam voluntatem et
progeniem id est male voluntatis
sequelam perdam inquam hec
omnia per confessionem sed penitenciam
Discreta Similiter debet esse
confessio scilicet ut distincte ac
separatim confiteatur singula peccata
non confuse Iuxta illud Lava
bo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis etc. id est singula

peccata consciencie mee Item ut eli
gat peritum medicum Augustinus Augustinus
Sacerdotem querere qui te sciat li
gare et solvere Et si quod sacerdos
suus imperitus et indiscretus non
vult ei dare licenciam eundi ad
alium discretum numquid poterit
ire invito ipso Non videtur ar
gumentum contra eodem constitu
tione omnis et de penitentia distinc
tione vi Placuit Cuius ergo
ei est agere per superiorem ex dem
pat. nullus laicus Reque
de hoc alia supra eodem f. Deus
quilibet Item ut secreta peccata
non publice sed secrete confiteatur
manifesta in manifesto de pe
nitencia distinctione prima c. quem penit
in fine et c. omnis Prima quo
ad intencionem ut non advaricia vel
ypocrisim vel timore simili se
timore servili fiat et sic omni
fictione careat de penitentia distinctione
prima c. quem penitet et c. Este
tacitintas Item morosa ut
non dicat peccata intuistim si sic
tamquam sortes computant primos
sed cum mora et deliberacione
ut ex hoc attendat devocio
et maior habeatur contricio et ve
recundia confiteri igitur penitens
integre iuxta formam predictam Iereme
explicans omnia Ieremie vii
Scito quid feceris curre per lecius
explicans vias tuas Alioquin
si non vult hic lavare animas
suas per integram confessionem fiet
eis prout dicit Amos ix Amos
Levabit nos in tonitis et reli
quias vestras in ollis ferventibus
et preciens in arnon levabunt
scilicet demones in tonitis sicut fit
de porco depilato qui suppe
ditur procedens in tonta id est peccata

Sr enim porcita ad comedas sili-
quas, in luto depressis aptus et
reliquias mensis. i. peccata que in con
fessione reliquistis et noluistis
confiteri in ollis ferventibus i. penis
infectus Deinde pervenimus in arnon
quod dicit Sic portus perveniet in a
ream ad saliendum nos pervenimus
in arnon i. in inferno et ibi erit
fletus et stridor dencium Arnon
enim anathema meroris vel ya-
go consite interpretatur Habent autem
pro sale sulphur infimus et ver-
Iob mes supremus Iob xviii Aspergatur
in thabernaculo eius sulphur
Item Vermes operient eum sorti
cia eius erunt demones Iob
Iob xxx Habitent in thabernaculo eius
socii eius qui non est i. demones
qui sunt socii luciferi qui recessit
a vero esse qui non dabunt re
quiem die ac nocte De fre-
quencia confessionis
Item debet confessio esse frequens
quod dupliciter est intelligendum
Uno modo ut si frequenter cadit
peccatum etiam mortale frequenter
resurgat per primam Require de
eadem et Opes v. Item solep
nis Alio modo ut etiam eadem
peccata frequenter confiteatur et non tamen
tenetur quis nisi in casibus
quos require infra Et iniqui
Augu peccata Augustinus Quanto plu
ribus confitebitur quis sub spe
venie turpitudinem criminis tanto
facilius consequitur graciam remis
sionis De pena distinctione
ysaias prima que penitet Item ysaias
xxiii Erunt ... tam cun
gnitate meretricis oblivioni tra
dita Vene tanc frequencia

tatum ut incoria tum sit Item
nota penalem constitucionem emanas
se contra negligentes confiteri
peccata sz quod saltem semel in anno
tenetur quilibet postquam ad annos
discrecionis pervenit omnia peccata
sua confiteri et suscipere reverenter
ad minus in pascha eukaristie
sacramentum, nisi forte de consilio
proprii sacerdotis ob aliquam racionabi
lem causam ad tempus ab eius percep
tione duxerit abstinendum, alioquin
et vivens ab ingressu ecclesie ar
ceatur et moriens xpiana careat
sepultura Unde hoc salutare
statutum dz frequenter in ecclesia
publicari ne quisquam ignoran
cie cecitate velamen excusacionis
assumat Item nota quod sta
tutum est et preceptum medicis cor
porum ut infirmos ad quos vocati
fuerint ante omnia moneant et
inducant quod medicos vocent
animarum, et postquam fuit de spi
rituali animarum provisum, ad corporalis
medicine remedium salubrius
procedatur Si quis autem medi
corum postquam per prelatos locorum
fuit, hec constitucio publicata
transgressor extiterit tamdiu ab ingressu
ecclesie arceatur donec pro transgres
sione huiusmodi satisfecerit compe
tenter prohibet etiam sub interminatione
anathematis ne quis me
dicorum pro corporali salute aliquid
egro suadeat quod in periculum anime
convertatur Hec consilia sunt
ex eod. Omnis utriusque sexus
et c. cum infirmitas Que interroga
tiones sunt faciende a confitente
Sequitur Utrum sint fa
ciende interrogaciones in confessione

a sacerdote et De quibus et qualiter.
Tald primo licet quidam dicant
quod sacerdos non debet interrogare peni-
tentem, quia tamen talis sententia
videtur multum plena periculo simpli-
simplicitatem et verecundiam tenendo
homo egit reputabuntur ei ad pe-
nam, verum etiam peccata originalia
que in baptismo ei dimissa sunt.
Augustinus — Item Augustinus: Si in malis teneret
illud ad quod vocatus est, nullo
ad eum sua vel patrata vel parentum
iniquitas ~~primi hominis etc. et multa~~
~~alia pertinent~~ pertineret. Iste illud: In
memoria redeant iniquitas primi
eius etc. et multa alia pertinent ad idem
de penitentia distinctione quarta capitulo
primo et VII capitulo sequentibus. Alii
dicunt contrarium scilicet quod illa redeunt,
sed ideo dicuntur dimissa redire et
imputari quia propter ingratitudinem
ita reus et peccator constituitur ut
Naum — ante fuerat. Isti innituntur prop-
ter illud Naum: Non iudicabit
deus bis in idipsum. Require
tamen supra in solutione ad primum questionem.
Prosper — Item Prosper: Qui recedit a Christo
et alienus a gratia finit hanc vitam
quid nisi in perditionem vadit, sed non
in illud quod remissum est recidit.
Nec in originali peccato dampna-
bitur qui tamen ea morte afficitur
que ei propter dimissa debebatur. De
penitentia distinctione IIII. Secundum est
qui recedit. Tercii dicunt quod non
redeunt, sed cum quis iterum peccat
eius contemptus dicuntur redire quan-
dam similitudine pertinent [illegible]

redeunt in vere. Quarti dicunt
quod redeunt in quatuor casibus
tantum, videlicet propter odium fraternum
ut in ewangelio: Serve nequam
etc. Secundus propter crimen apostasie
vel heresis, de penitentia distinctione
IIII gentes. Tertius propter ipsam penitentiam
penitentie argumentum XVII questione IIII
Sunt qui opes. Quartus si con-
tempnit quis penitentiam sibi iniunctam
ad implendum argumentum de penitentia
distinctione III Si apostolus. Primi
due sunt magis solempnes et
quantum ad efficaciam videntur te-
nere ad eum finem, sed tercia videtur
aliquantulum tutior vel maior
elige quam volueris etc. Utrum
quis teneatur eadem peccata sepius
confiteri. Sunt magis peccata
semel confessa tenetur quis iterum
confiteri dicas quod non regulariter
de penitentia distinctione prima quod non
ita. Solent tamen excipi in de-
cas in quibus tenetur iterum confi-
teri. Primus cum sacerdos suus cui
est confessus est imperitus, quia tunc
debet cum illius licentia iterum
confiteri perito. Require supra eodem titulo
quilibet et titulo. Item debet esse
confessio integra ubi discreta
similiter. Alius propter contemptum
satisfactionis argumentum de penitentia
distinctione III Si apostolus. Tertius
cum propter enormitatem delicti sacerdos
audito crimine remittit eum ad supe-
riorem qui iterum est tunc exposito
penitentiam ei imponat argumentum
XXIII questione II latorem extra
eodem significavit. Quartum
Require supra eodem titulo proximo ubi
solutio ad primum quesitum etc.

De hiis qui in fine penitent etc.

Item quid de hiis qui in
fine penitent, vel sunt in sancta
te sed non complent hic penitentiam. Sed

etiam deo qui satisfactor est sint
etiam complevit, que per negligentiam
sacerdotis vel eius ignorantiam
minor debito fuit. Numquid isti pre
prius liberati, an debent transire
per ignem purgatorii ut ibi compleant
quod minus fecerunt. Item numquid ex
mus in periculo mortis positis est
prime satisfactio imponenda an pe
nitentia vel reconciliatio deneganda
da. Solutio ad primo tria quesita
quasi unita est unsio, duo tamen
sunt primitenda. Unum quia tempus
penitendi ibi est usque ad extremum
Leo papa — vite articulum. Unde leo papa. Nec
est desperandus dum in hoc corpore
constitutus est, quia non numquam quod dif
fidentia etatis differtur consilio
maturiore perficitur. Exemplum et
de eo delatione cuius prima sed fuit
sed non fuit vera indulgentia. Se
tamen difficile est tunc contriti
hic periculosissimum usque ad tempus
illud differre ut dicitur eodem capitulo
Item debet esse festina ubi quia
in extrema. Aliud est quia tanta
posset esse contritio quod sufficere
posset ad delendum omnem penam
ita quod omnis purgatus volaret ad
patriam sine impositione pene
ut patet in latrone, qui licet iuste
propter sua scelera suspensus esset
tamen quia inter ipsas mortis an
gustias ad dominum conversus extitit
et contritus audire meruit. Hodie
mecum eris in paradiso, unum quoniam
solius est, quem ut ait Augustinus
Aug — nec qualitas nec peccatum affectus
fallit indere contritionis eius scilicet
intentionem perit et mensura, dispen
satores ecclesie, quibus non est datum
intelligere occulta cordium, debent
vigilanti studio ad hoc intendere
ut per circumstantias et signa exteriora
interdum maiorem vel minorem de
prehendant intentionem doloris et

secundum hoc maiorem vel minorem sa
tisfactionem iniungant. Hiis prelibatis
dicendum est quod quidquid in talibus re
mansit purgandum purgabit
purgabitur in igne purgatorii.

De purgatorio igne. Cum de
eum enim sit misericors et iustus
et ex misericordia penitenti ignoscit non
igitur permanens peccatum ad penam eternam
ex iustitia vero impunitum non di
mittit peccatum, aut enim homo punit
aut deus. De talibus Augustinus — Aug
et si conversus vita vivat et non
moriatur non promittimus quod cum
dat omnem penam. Nam prius
purgandus est igne purgatorio qui
in aliud seculum distulit fructum
conversionis. Is autem ignis, et si
eternus non sit, miro ~~modo est~~
modo est gravis, excellit enim omnem
penam, quam umquam aliquis pas
sus est in hac vita, numquam in car
ne tanta pena inventa est, licet
mirabilia martyres passi sunt
tormenta. De prima distinctione
ultima capitulo ultimo. Item expo
nens verba illa apostoli. Si quis su
per fundamentum edificaverit ligna
fenum stipulam et cetera ait. Multi sunt qui lectorum
quorumdam male intelligentes falsa
securitate decipiuntur dum credunt
quod si super fundamentum Christi capita
lia crimina edificant peccata ipsa per
ignem purgatorium possint pur
gari, et ipsi ad vitam perpetuam per
venire, intellectus iste fratres corri
gendus est, illo enim transitorio
igne, de quo dixit apostolus ipse
salvus erit sic tamen quasi per igne
non capitalia sed minuta peccata
purgantur. XXV distinctione. Qualia
as et deinde et ad idem Gregorius — Greg
in eadem distinctione qualis hinc
quisque egreditur talis in iudicio
apparebit et cetera. De penitentia in
firmorum et cetera. Ad illud autem quod
quarto fuit quesitum scilicet quid
circa infirmos sit procedendum

tenenda est super hoc forma a
theodoro diffinita ¶ Ab infirmis
in periculo mortis positis penitentia et
confessio peccatorum inquirenda
non tamen illis imponenda est quantitas
penitencie sed innotescenda et amicorum
orationibus et elemosinarum studiis
ponderis penitencie sublevanda, si forte
migraverit ne obligati et co-
municatione et consortio venie fiat
alienus a quo periculo si divinitus e-
reptus convaluerit penitencie modus sibi
a sacerdote impositus diligenter
observet et ideo secundum auctoritatem ca-
nonicam ne illis ianua pietatis
clausa videatur orationibus et con-
solationibus ecclesiasticis sacra unctione
olei inuncti secundum statuta sanctorum
patrum communione viatici reficiantur
xxvi questione vii tam pro ¶ Illud
autem constat quia nec penitentia nec
reconciliatio est talibus denegandus
Julius papa — ait enim Julius papa ¶ Si presbiter
abnegaverint penitentiam morientibus
reus erit animarum, quia dominus
dicit ¶ Quacumque die peccator conversus
fuerit ad penitentiam vita vivet et non
morietur ¶ Vera enim confessio in
ultimo tempore potest vel debet esse
xxvi questione vi si presbiter cognovit
ninque presbiter et respice de eod.
S. ubi verum quia tempus et c. ¶ Et
Julius — vero dicit Julius reus erit animarum
intelligatur quoniam in se aliter si non
potuit sive enim confiteretur ipse moriens
eius et non stetit per eum et tunc
contritionem salvus erit ¶ Respice
de eodem S. prima dicta ubi quis
sit eius affectus ¶ Item si infirmus
petiit sacerdotem et interim dum
veniret obmutuit vel factus est
amens vel freneticus sacerdos ve-
niens sine admittio infirmi sive
ad testimonium illorum qui audierunt
ipsum penitentiam petentem vel sacerdotem
debet omni modo potest sinceritatis in
pendere absolvendo reconciliando
si potest fieri sine periculo eucharistiam

sciam ori eius infundendo si super-
vixit quod amoneatur a presbitero tes-
tibus petitionem sine satisfactionem
et subdatur statutis penitencie legibus
quamdiu sacerdos probavit xxvi questi-
one v si quis de corpore qui rece-
dunt ab qui in infirmitate ab quod
in tempore et ¶ Require de hic o
de sepulturis S. prohibentur et c.

Qui prosunt defunctis suffra-
gia ecclesie et que et quibus

¶ Item queritur utrum ea que
fiunt a vivis prosint defunctis
et quibus ¶ Item quibus suffra-
giis seu beneficiis debeant penitentia-
lia inter vivos ¶ Solutio ad primum
dicendum est animas defunctorum
iiii or beneficiis ad iuvari a vivis Aug
Augustinus ¶ Non estimemus ad mor-
tuos pro quibus curam gerimus
pervenire nisi quod pro eis sive
altaris sive orationum sive elemo-
sinarum sacrificiis solempniter sup-
plicamus ¶ Item Gregorius ¶ Anime Gg
defunctorum iiii or modis sol-
vuntur aut oblationibus sacer-
dotum aut precibus sanctorum a-
carorum elemosinis aut ieiuniis
cognatorum xiii questione ii ¶ Non
estimemus anime ¶ Item ii° ma-
chabeorum xii° in fine fortissimus
iudas collatione facta xii milia
dragmas misit in ierusalem offerri ea ibi pro
mortuorum

Quibus defunctis
prosunt suffragia ecclesie

¶ Circa secundum autem scilicet quibus de-
functis prosint ista predicta sunt
opiniones dicunt enim quidam
quod ista nichil prosunt peccatori-
bus qui sunt in inferno, sed
tantum hiis qui sunt in purgatorio
pro eis faciunt multa ¶ Sed primum
illud in inferno nulla est redemp-
tio ¶ Item quia ecclesia non orat
nisi pro fidelibus defunctis quod
videtur intelligendum de hiis qui
decesserint in fide formata ex parte
sua per dilectionem ¶ Et quod ecclesia

non protinus babilonis sed psims
tm orat vel laudat deum eu dicit
Sanctus sanctus sanctus quasi dicat
Sanctus pater qui regnat in celo
Sanctus pro hiis qui patiuntur in
purgatorio Sanctus pater qui pere-
grinantur in mundo Propter eandem
etiam causam hostia sacrata di-
viditur in tres partes in altari
Alii vero dicunt quod prosint omnibus
renatis qui dum viverent meruc-
runt quod talia possunt eis prodesse
post mortem non distincto utrum dece-
serunt in mortali vel non, et quia
nos non possimus ad plenum disc-
nere qui meruerunt hoc vel qui non
decimus generali oratione pro omnibus
renatis orare Melius est enim ita
superesse hiis quibus non obsunt
nec prosunt quam eis deesse quibus
prosunt xiii questione ii Non estimemus
Augustinus tempus Nam ut ait Augustinus
in illo capitulo tempus Est quidam
modus vivendi nec tam bonus
ut non requirat ista post mortem
nec tam malus ut ista post mortem
ei non prosint Est vero talis in bo-
no ut hec non requirat, et e con-
trario talis in malo ut nec hiis va-
leat cum hanc vitam transierit
adiuvari Quo circa omne hic
meritum comparatur quo possit post
hanc vitam relevari quispiam
vel gravari et post pauca Cum
sacrificia altaris sive quarumcumque
elemosinarum pro baptizatis hominibus
offeruntur, pro valde bonis gratiarum
actiones sunt pro non valde malis
propiciationes sunt, pro valde malis
et si nulla sunt adiumenta mor-
tuorum, tamen qualescumque vivorum
consolationes sunt Quibus autem
prosunt aut ad hoc prosunt ut sit
plena remissio aut certe ut tollera-
bilior sit eis ipsa dampnatio
Licet Augustinus ponat hic quatuor
Augustinus genera Dicunt tamen quidam quod non
ponit nisi tria Nam mediocriter

bonum et mediocriter malum idem sunt
scilicet qui descendunt in purgatorium
et exponunt litteram Augustini sicut hic Augustinus
Item quidam videntur ad hoc in inferno
nulla est redemptio scilicet salvans
Licet autem secunda opinio videatur
magis pia Prima tamen videtur
magis catholica quam etiam expresse
confirmat glosa ad Thessalonicenses
super illum locum Nolo vos igno-
rare fratres de dormientibus ut non
contristemini sicut ceteri qui spem non habent
dicit glosa Quem sine fide operantes
per dilectionem cum suis facinoribus de
corpore exierunt frustra illis a
suis huius divine pietatis impenduntur
officia, cuius dum hic essent pignora
non carruerunt non priusquam tesauri-
zantes sibi iram Hunc articulum
non ultra prosequor quia longam
habet disputationem Quibus
modis deleantur venialia etc.
Ad illud vero quod quarto querebatur
Responsio quod venialia delentur sex mo-
dis scilicet per dignam eukaristie sump-
tionem, de consecratione distinctione
ii, cum omne crimen, per quotiens
cumque iteratur Item per aque be-
nedicte aspersionem de consecratione di-
stinctione iii Aquam sale aspersam
populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi
sanctificentur etc. et infra Si sale
asperso per Heliseum propheta ste-
rilitas aque sanata est, quanto
magis divinis precibus sacratus sal
sterilitatem rerum aufert humanarum
et coinquinatos sanctificat et purgat
et cuncta bona multiplicat et
insidias diaboli avertit et a fan-
tasmatis versutiis homines de-
fendit Item per elemosinarum
erogationem distinctione lxxxii
Presbiter de penitentia pa medicina
qua ad vitam et distinctione iii
sancte causa Item per orationem
dominicam penitentia secundum pr in
de penitentia distinctione iii de cottidianis

Item per spiritualem confessionem que fit
cottidie in ecclesia Ubi non solum ve-
nialia, sed etiam mortalia oblita
creduntur esse deleri Augustinus Si aut[em]
te puritas aliqua evaserunt confite[re]
in veritate, Deo tamen generaliter dixit
Deus qui nosti occulta cordis omnia
delicta mea que non sunt abscon-
dita quibus veniam largiaris et hu-
militas confitentis quam diligit deus
Unde ecce enim veritatem dilexisti
Item per exemplum seu sacerdotem bene-
dicentem quod satis videtur auctori-
probari, ex eo quod ait dominus in libro
Numeri ad moysen et aaron Vos
ponite nomen meum super filios israel
, ego dominus benedicam eis et dominus
per Malachiam Maledicam ~~bene~~
~~dictionibus~~ benedictionibus vestris scilicet qui
estis heretici et perversi. Ergo a contrario
sensu Benedicam benedictionibus ves-
tris scilicet qui estis fideles Reymundus
expositorem in summa eadem parte Item
quare ubi non obstat isti summe
et hoc intelligo cum quis sumat
vel accipit ista, vel corpus aliqua
cum devocione Item videtur quod
non solum per ista spiritualiter venialia
sed etiam per quodlibet opus bo-
num delcantur de pena distinc-
tione prima medicina mea et bi-
redimere te bonis operibus tuis De
pena sacerdotis revelantis con-
fessionem Depena sacerdotis
revelantis confessionem ait gregorius
Sacerdos ante omnia caveat ne
de hiis qui confitentur peccata sua ali-
cui recitet quod ea confessus est non
propinquis, non extraneis neque absit
pro aliquo scandalo Nam si hoc fe-
cerit deponatur, et omnibus diebus
vite sue ignominiosus peregrinando
pergat De pena distinctione vi
Sacerdos Item Innocentius, in
nominis constitutionibus Caveat omnino
sacerdos ne verbo aut signo vel ali-
quo modo prodat aliquatenus pec-
catorem, sed per prudentiam consilio

indiguerit illud absque ulla expres-
sione caute requirat, quoniam qui pec-
catum in penitentiali iudicio est dete-
ctum presumpserit revelare non solum
a sacerdotali officio deponendum
decernimus verum etiam ad agendam
penitentiam in arctum monasterium de-
trudendum extra eodem constat
omnis utriusque sexus Pone quod
aliquis confitetur se incidisse in
heresim, vel alia peccata vult confiteri
ad aliis peccatis, sed non ab heresi
vel recedit ipse non tamen vult
ostendere vel nominare alios
quos scit esse hereticos vel fau-
tores eorum, vel credentes, vel recep-
tatores vel forte minat sacerdoti
, sed non vult ut ipse detegant
alii, Hoc autem dicit facere quia
timet periculum vel per dictum eo quod
iuraverit tenere secretum, vel
quia in sacro iudicio omne debet
revelari vel timet propterea sibi
homicidii si forte illi accident
quid faciet iste sacerdos Ad hoc
dicunt quidam quod dicat ad ire episcopum
et dicit custodi vigilia super oves
tuas, quia lupus est in grege
vel si placet dicit quod posset
revelare illis qui possent pro-
desse et non abesse, Respondit
Hermannus quod quia si audit aliquis
peccata quantum ad primum precise
videtur quod non sit astrictus sacer-
dos ipse quia enim penitentie tamen quia non
agit penitentiam tamen quia non servat
fidem cum sit hereticus vel infi-
delis, et ideo tali non est fides
servanda xxiii questione superiori
et multe alie raciones possent
induci et idem in similibus etc.
An remissio fiat eque per ma-
lum sacerdotem sicut per bonum
Item queritur quid remittat
sacerdos in pena Utrum fiat
remissio eque per malum ministrum
et bonum Item de quibus valeant

remissiones quas faciunt prelati in dedicationibus ecclesiarum et scientibus operam ad edificationem pontium hospitalium et similibus. Item utrum sacerdotes possint quantitatem pene alicuius penitentis ita punire quod nichil remittat sacerdos. Nam in questione dicitur dominus petrum et mundavit animam per seipsum sine ministerio sacerdotis. Respondetur infra eodem quod huius prelibatis. Cum ergo ad eum mundatam accedat quod in mundata mundat. Ad quid operantur ille claves quas dominus concessit sacerdotibus dicens quorum remiseritis peccata etc. Ad istius articuli intelligentiam nota quod claves in hoc loco dicuntur sciencia discernendi inter peccatum et peccatum et potestas ligandi atque solvendi distinctione xx q. i. Item dicunt quidam quod due sunt claves sciencia una potestas alia, et hoc satis aperte colligitur in pallio q. Item ex verbo plurali quo usus est dominus dicens petro: tibi dabo claves etc. Secundum istos contingit sepe quod aliquis habet unam clavem sine alia, multi enim litterati sunt sciencia, sed non habent potestatem et econtrario multi simplices sacerdotes habent potestatem qui non habent scienciam. Ad istud ultimum non possunt respondere quia simplicitas eorum est. Ad primum vero respondent quod sciencia non est clavis nisi in eo qui habet potestatem. Alii autem dicunt et credo verius quod non est nisi una clavis, que quidem est potestas sacerdotii. Dicuntur autem pluraliter claves propter plures eius effectus, quia sunt ligare et solvere vel claudere et aperire ad instar clavis materialis. Quod autem alicubi invenitur sciencia potestati coniuncta non est ideo quod sit clavis sed quia necessaria est potestatem habenti sicut lucerna

in tenebris ambulanti, ne alias sequatur quod ait dominus Si cecus cecum ducit etc. Item nota quod sacerdotibus data est a domino hec potestas ut ait quorum remiseritis etc. Nec obstat quod singulariter dixit petro tibi dabo claves regni celorum quia illud fecit dominus ad denotandam ecclesie unitatem et ut omnes apostoli et apostolorum successores acciperent sue potestatis originem eique in omnibus tanquam membra capiti obedirent xxiiii questione i. c. loquitur. Huius prelibatis dicendum est fere secundum omnes quod proprie vere ac per se solus deus dimittit peccata et debitam eterne pene. Jeronimus. Cum solus deus dimittit peccata tergit ne in iudicio revelentur. Item Ambrosius. Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Idem. Ille solus dimittit peccata qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Quidam tamen dicunt quod dominus mundat animam a macula peccati, sacerdos autem solvit eam per eam a vinculo eterne pene. Hos non intelligo quare primam opinionem amplector. De sacerdotibus non est dubium quin habeant potestatem ligandi et solvendi peccata. Augustinus. Sacerdotes possunt confitentibus parcere, quibus enim remittunt remittit deus. Item. Dum venit ad deum confessio peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur quibus ipse vera confessione coniungitur. Idem. Sacrum gracie dat deus etiam per malos, ipsam vero graciam non nisi per se ipsum vel per sanctos suos et ideo remissionem peccatorum vel per se ipsum facit vel per ipsius quelibet membra

Jero.

Ambro.

Augustinus

Omnibus ait Di cui dimiseritis
peccata etc. Dicunt autem sacerdotes
ligare vel solvere tribus modis
Primo ligant vel solvunt .i.
ostendunt aliquem ligatum vel
solutum Unde dominus leprosos prius
per se restituit sanitati Deinde
ad sacerdotes misit quorum iudicio
ostenderentur mundati Item lazarum
primo resuscitavit deinde mandavit
discipulis solvere suscitatum Nam
et si aliquis apud deum sit solu-
tus non tamen in facie ecclesie
solutus habetur nisi per iudicium
sacerdotis et secundum hoc intelligitur
Ambr9 et exponitur illud Ambrosius
Quantocumque ergo sit mortui
fetor aboletur divinis ubi patrem
redoluit ungentum et surgit de-
functus et solum iubetur eius
macula etc. De penitencia distinctione
prima quamvis. Secundus modus
ligandi est cum satisfactionem penitencie
confitentibus imponunt vel solve-
di cum de ea aliquid dimittunt
vel per eam purgatos ad sacra-
mentorum communionem admittunt Unde
Leo ppa leo papa xpus hanc prepositis
ecclesie tradidit potestatem et confitentibus
penitencie satisfactionem darent et eos-
dem salubri satisfactione purgatos
ad communionem sacramentorum per ianuam
reconciliationis admitterent Quod
autem hoc pertineat ad claves eccle-
Augus9 sie dicit Augustinus frustra cla-
ves ecclesie cum sine iudicio sacerdotis
penam agit peccator sine oris con-
fessione cuius indulgentia impe-
tratur Tercius modus qui fit
per excommunicationem De quo plene
non de hoc de sententia excommunicationis
hoc Utraque excommunicatio et maior
et suspensionibus usque ad hoc pena
non sunt Iuxta omnes istos
modos est illa auctoritas expone-
da quodcumque solveris super terram etc.
non tamen simpliciter quia nu-
dum sacerdos iniuste dampnat

et iniuste ligatos absolvit sed
tamen dum cum iuste iudicat sibi
ligando sive solvendo Unde
distinguendum quod triplex
iudicium primum dei secundum petri
in ecclesia militanti tercium sursum
in curia celesti Primum est quod deus
mundat animam in contricione et hoc
precedit reliqua duo tempore digni-
tate et effectu Est enim eius qui
claudit et nemo aperit aperit
et nemo claudit Secundum quod sequitur
post illud est iudicium sacerdotis
qui autem clavium ligat vel sol-
vit in terris .i. ostendit esse ligatum
vel solutum a deo et post hoc se-
quitur quod est iudicium approbationis
scilicet celestis curie et angelorum secundum
hunc ergo ordinem sic expone quod-
cumque ligaveris super terram etc. iu-
dicio petri vel iuste vel non
errante clave erit ligatum
et in celis scilicet per approbationem celestis
curie quia quod in hiis pars ecclesie
militans facit in terris approbat
pars eius scilicet ecclesie triumphans
in celis Hunc intellectum probat
Gregorius et leo xi questione iii
Tunc vera est absolucio presiden-
tium cum eterni sequitur arbitrium iudicis
etc. et xxiiii questione prima ma-
net per privilegium videlicet quod ex
ipsius equitate fertur iudicium

Utrum excommunicacionis sentencia
iniuste lata liget saltem quo
ad ecclesiam militantem

Respondit supra de sententia excommu-
nicationis Item pone quod episcopus
Item nota quod hanc potestatem acci-
pit quilibet cum ordinatur in sacer-
dotem sed executionem non habet
nisi postea ei ab episcopo conferatur
Respondit de eodem Debet
quilibet reglarib Restat videre
de hoc scilicet utrum remissio fiat
per indultum sic et per dominum

ministerium Eundem dicit quod nullo
Aug sit minus per bonum Augustinus Remis-
sionem peccatorum vel per se ipsum facit
deus vel per columbe membra
Greg Gregorius Hec potestas soli petro
concessa est et imitatoribus petri
Ambr Ambrosius Indicet ille dealtius
errore qui non sit quod in se ipso
condempnet Gregorius In gra-
vibus peccatis quis potius divi-
nis puniti aliena/ Ne dicunt
tunctis cum liquet quod cum is
qui displicet admittendum mitti-
vati animum ad deteriora provocat
Honorius prima e et va quod boni
remittitur ex officio et inde multo
nec ad utilitatem sui cum sint
indigni/ sed remittitur ex officio
quam domini aberrata tollerantur
nec subditos mala vita commu-
tendit si bona faciunt que illi
dicunt Ad hoc facit quod dicit
dominus in ewangelio/ Super cathe-
dram moysi sederunt scribe et pharisei
Aug que dicunt facite et Augustinus
Dictum est ad dominum in numeris ad
moysen et aaron sacerdotem Inv-
ponite nomen meum super filios
israel ego dominus benedicam eos
ut gratiam tradicionis per ministerium ordinati
transfundat hominibus/ nec volun-
tas sacerdotis obesse vel prodesse
possit sed meritum benedicentium posse-
tis Eidem Sacrificia improbo-
rum oberunt qui offerunt impie
Nam unum quidem atque idem sacrifi-
cium est propter nomen domini quod ibi
invocatur et ipsum est sanctum et tale
cuique fit quali corde ad accipi-
endum accessit qui enim mandu-
cavit et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit/ non aliis
sed sibi/ et sic pene in omnibus
talibus questionibus intelligendum
esse arbitror quia sicut omnia
sacramenta eum obsunt indigne

tractantibus prosunt tamen per eos
digne sumentibus Idem super illo
locum sapientie Spiritus sanctus di-
sciplinae effugiet fictum et auferet
se a cogitacionibus que sunt sine intel-
lectu Post alia subiungit Mi-
nisterium tamen eius scilicet ficti non de-
serit spiritus sanctus sicut que per
eum saluti operatur aliorum Non
obstat ibi sive quod ait dominus
per Malachiam Maledicam benedic- Malach
tionibus vestris etc / quia illud ex-
ponitur a gregorio sic Maledicam
etc quia qui inique agunt benedice-
re eorum adulantur quod peccatoribus
omnino dimittes sic vel intelligitur
de hereticis scismaticis et excommunicatis
quorum benedictiones sunt maledic-
tiones hiis qui eorum sequuntur errores
Non obstat etiam illud Ezechielis
Decipies qui vivificant animas que
non vivunt et mortificant animas
que non moriuntur Illud enim intel-
ligitur de malis qui iniuste li-
gant vel solvunt in quo quantum
in se est dicuntur vivificare vel
mortificare Gregorius Non Greg
mordente quidem vivificat quod iniuste
dampnat et non morituros vivi-
ficare nititur qui reum a suppli-
cio solvere conatur Alia ad hunc
articulum pertinentia Require supra
de doctrina ordinum et supra
de scandalo et pena clerici

Ad quid prosint remissiones

Ad tercium quod fuit questionum
scilicet de generalibus remissionibus
pontificum et similibus ad quid
prosint diversi diversa senciunt Qui-
dam enim dicunt quod valeat
quo ad delicta ignorantie/ alii
quo ad venialia alii quo ad
penam negligenter peractam/
alii quo ad diminucionem pene
in purgatorio Verum alia sunt

est sanorabilis et magis gratus.
et illam approbo scilicet quod valeant sic
sonant. cum enim papa sit notus
in plenitudine potestatis. inferiores
autem prelati in partem sollicitudinis
ut questione vj quam sic stat extra
de usu palli ad honorem dierum
esset contra tantam potestatem clavium
eius dispensare / de prima distinc-
tione illa agitur primam distinc-
tione ibi ponderet Nota ergo
quod pro quolibet peccato mortali duplex
pena debetur temporalis scilicet et eterna
remittitur per cordis contritionem
Respice supra eodem § vel huius
publicatis remanet posita temporalis
arbitraria infligenda de prima di-
stinctione prima. § penitentia quoque et
distinctione ij c. o ultimo Si ergo
aliquis vere contritus est et confessus
et papa facit generalem remissionem
pro subsidio terre sancte vel simili
si aliquis undecimum quod sic fecit
elemosinam huius piam et catho-
licam devotionem credens simpliciter
ac pure illud quod eius possibilis
est valet sibi talis elemosina ad
omnis pene sublevandum et hoc
propter duo scilicet propter devotam cogi-
tationem et quia obligat eum qui
facit remissionem ymmo et totam
ecclesiam ut suffragetur ei ¶
Unumquodque ergo si erit pena septe-
nis et dederit in primo die vij
minas successive singulis annis a-
les remissiones erit omnino absol-
lutus an in parte et in quota
parte hoc anno nescio nec credo
aliquem mortalem scire nisi esset
alicui divinitus inspiratum Scie-
dum tamen quod maioritas et
minoritas remissionis pene
attenditur secundum intentiam sive secundum
maiorem vel minorem devotionem
ipsius penitentis et ipsorum qui suf-
fragantur / et secundum in maiore vel
minorem numerum eorum suffra-
gantium Cum igitur nullus
possit scire mensuram vel numerum
eorum / nec per consequens potest
scire remissionis mensuram
argumentum ad ista de consecratione
distinctione iiij quero vero non enim
sic computatur culpa pro alterius volun-
tatem quemadmodum computatur
gratia per sancti spiritus unitatem et cetera
de prima distinctione prima. quod
penitet in fine de consecratione
distinctione v. non mediocriter
in questione vj in quibus
Valent ergo ad diminutionem pene
ut dictum est Item valent ad
remaliud delectionem Respice
supra eodem § Item quantum
utrum ea vel ad illud vero quod tertio
Item valet peccatori offerenti
ex pia devotione licet infirmi-
ad gratie impetrationem Ad hec ei
valent quelibet alie elemosine
ymmo etiam quodlibet bonum opus
Respice supra eodem § Item
quid si aliquis vero de sancto et tertio
Tertio autem per orationes et suf-
fragia ecclesie fiant hec et acce-
leratur etiam prima gratia peccatori
quam tamen mereri non poterat probatur
per multa exempla Nam per
orationes danielis solutus
est populus israel a captivitate
per orationem moysi remisit
deus iram populi israel / ad orationem
david removit dominus plagam
a populo suo Multum enim valet
oratio iusti assidua Item
unusquisque per huiusmodi suffragia
et elemosinas quas quis percipit

remissionibus dant aliquam pro-
animabus parentum vel aliorum fide-
lium defunctorum liberabuntur tales
anime a purgatorio cum sic ipsum
contineat in litteris remissionum Cre-
do quod sic secundum modum predictum
et Respice supra eodem § Item
queritur utrum ea in principio
Hoc de remissionibus predictis De
remissionibus autem quas faciunt
episcopi idem quo ad subditos proprios
episcopi quo ad alios vero valebunt
tamquam simplex elemosina. et
non plus nisi quibus ut predixi
possent proprii iudices spiritualiter indul-
serunt extra eodem quod autem
§ Numquid ergo potest penitens per
collationem talis elemosine excusari
ab executione satisfactionis sibi
ab ecclesia imposite Non credo tamen
quia non est certus utrum sit ad
hoc tota illa pena remissa ut
supra / tamen quia saltem ex hone-
state debet per ieiunia et alia bona opera
satisfacere ecclesie quam lesit scandali-
zando eam si fuit peccatum manife-
stum vel etiam si fuit occultum sub-
trahendo eis se ipsum propter tale peccatum
quod reddit inutilem § Sed quid
si anime illi qui suffragantur
et isto offerente sunt in mortali
numquid valebunt ista suffragia
illorum Non videtur quia peccatores
non exaudit deus et Respice eodem
eadem § videlicet Bonaventura Dicendum
est quod valent per ea que dicta
sunt eodem § in predicto vero restat
videre aliorum sententia est etc
§ Item quia ecclesia dicuntur esse in ecclesia
que propter inviolabilem retinet esse
[illegible] se utrum virtute bonorum
sacramentorum et de desiderium ecclesie
quia in tota ecclesia militans est
in mortali tamen ista valent pro quibus

fierent Dicendum virtute verborum prius Da-
bit virtuti vocis sue Item vox domini
confringentis cedros etc Item Iere- Iereme
Nonne verba mea quasi ignis et
quasi malleus conterens petram
Dicimus de virtute sacramenti
eucharistie sicut dicitur xv questione
ultimo capitulo ultimo De desiderio
ecclesie patet ex eo quia una est ecclesia
cuius pars militat in terris et pars
triumphat in celis / et tota ecclesia
desideravit istos qui devote ac
reverenter accedunt ad [illegible] de eo
consecratione distinctione prima
Hii duo cum primi et Respice
eodem § prima dicta vero De
sexto scilicet propter Quid de istis questi-
onibus questoribus qui discurrunt
per ecclesias cum litteris remissionum
predicant abusiones vacant que-
stionibus et ebrietatibus Numquid
sunt recipiendi tales De istis
si ius sunt qualiter sit procedendum
Respice in constitutionibus Inno-
centii extra eodem cum ex eo Et
ad illud quod fuit quarto et
ultimo quesitum scilicet utrum sacer-
dotes possint facere commutationes
ieiuniorum vel alterius satisfactionis
ad petitionem propriorum penitentium
credo bene quod sic dum tamen
discrete et propter causam et etiam
subditos suos alias non distinc-
tione lxxxi propter quod nota tamen
hoc extendo ad vota in quibus
strictius proceditur Respice eodem
de votis § circa redemptionem et
§ sequitur videre etc De
impedimentis penitentie etc
Postquam vidimus quid
sit penitentia et que partes eius
consequenter quia species aliquis
paratus est ad impediendum penitentiam
Homo autem incautus plerumque

ad resistendum de impedimentis princ
ipalia subponam Sunt enim
iiii or impedimenta principalia s. pu
dor timor spes et desperacio de
singulis per ordinem videndum
Pudor scilicet confitendi, sic quod
pudor retrahit multos a prima
sed precipue ypocritas et superbos
qui vellent apparere hominibus
puri et pulchri, cum tamen sint ips
issimi et turpissimi exterius ornati
et picti cum sint intus sporci
cia repleti Contra hoc impedime
ntum apponit triplex remedium
scilicet consideracio racionis virtus dive
intuitionis comparacio future con
fusionis Consideracio racionis quia
racionabile est ut propter pudorem non
differas confiteri peccata tua, quod
honestum et utile est. quia propter
pudorem non dubitasti contra eum comit
tere quod inhonestum et inutile
est immo periculosissimum De secundo
apostolus Omnia nuda et aperta sunt
oculis eius ad quem nobis sermo
Non ergo pudeat te confiteri
sacerdoti, immo pocius deo, cuius
vicarius est, cum ipse intentem
divina sine tua confessione iam
Salomon videatur De tercio Salomon
Est confusio adducens ignomi
niam et est confusio adducens
Augustinus gloriam Augustinus Est confusio temporalis
que est ad horam que quidem
prodest scilicet perturbacio animi re
spicientis peccata sua et respectu e
horrentis et horrore erubescen
tis. et rubore corrigentis tali
confusione volo confundi ne
Sophon eterna aqua percussor ... libri
Sophonias Scrutabor Iherusalem
in lucernis et visitabo super viros
defixos in fecibus suis Item
Naum Naum Revelabo pudenda

tua et ostendam gentibus nuditatem
tuam et regibus ignominiam tuam
Item Ieremias Confundantur Ieremias
vehementer quia non intellexerunt
obprobrium sempiternum quod nunquam
delebitur Timor scilicet satisfa
ciendi cogitant enim quod non
possent facere penitenciam que eis in
ponetur Ad tollendum impedime
ntum tale similiter ad subvenien
scilicet presentis pene mediocritas leni
tas et momentanea brevitas
Ex opposito vero future pene in
comparabilis magnitudo intollera
bilis acerbitas et infernalis eter
nitas Ewangelium Ite maledicti
in ignem eternum Ieremie Qui
fugit arma ferrea incidet in arcum
eneum Iob Qui timet pruinam Iob
i. temporalem penam, irruat
super eum nix i. eterna pena
Item Ysaie xxxiii Quis po Ysaie
terit cum igne devorante habitare
aut quis habitabit ex nobis cum
ardoribus sempiternis Item xxx
Preparata est ab heri thophet a re
ge preparata profunda et dilatata
nutrimenta eius ignis et ligna
multa flatus domini sicut tor
rens sulphuris succendens ea
Thophet est carcer inferni et Thophet
interpretatur gehenna pandens vel
plena pena stultorum Spes scilicet
triplex diu vivendi acquirendi
temporales divicias in quibus gestat
et demencia dei quia quando venerit
velit dampnare contra primum
apponit remedium Iacobus ca
nonica capitulo iiii o Que enim est vita
vestra vapor est ad modicum parens
et deinceps exterminabitur Iob Iob
Homo natus de muliere brevi
vivens tempore etc. Apostolus ii ad the
salonicenses v o Dies domini sicut

fur in nocte ita veniet / cum enim dixe
rint pax et securitas / tunc repen
tinus eis super veniet interitus sicut
dolor in utero habentis et non effugient
Item domini in Marco xiij Vigi
late nescitis enim quando dominus veniet
sero an media nocte an galli can
tu an mane / ne cum venerit re
pente inveniat nos dormientes
Item Job xx Laus impiorum
brevis est / et gaudium ypocrite
ad instar puncti si ascenderit usque
ad celum superbia eius et caput
eius nubes tetigerit quasi sterqui
linium in fine perdetur Contra
Luca hoc dat remedium ipse dominus Luce
xii hominis cuiusdam divitis etc.
et infra Anima habes multa bona
posita in annos plurimos requiesce
comede epulare Dixit autem illi
Deus Stulte hac nocte animam
tuam repetunt a te que autem parasti
cuius erunt Job xxvii Dives
cum dormierit nichil secum auf
feret / aperiet oculos suos et nichil
inveniet. apprehendet eum quasi
aqua inopia nocte / opprimet eum
tempestas / tollet eum ventus urens
et auferet et velut turbo rapiet
eum de loco suo etc. Item
Gregorius Gregorius ad magna iusticia meditat?
pertinet ut nunquam vacant supplicia
eo quod in hac vita nunquam volue
runt carere peccato Respice …
quod ubi timor … satisfaciendi Hec
duo impedimenta scilicet timor et spes
retinent precipue usuratores et
avaros quia nichil vellent re
stituere et sine fine vellent acquirere
Unde comparantur inferno Proverbiorum xxx
Infernus et perditio non reple
buntur similiter et oculi hominum insa
tiabiles Desperatio duplex prima
respectu … penitendi post veniam
obtentam Secunda …


scilicet peccati quantitas frequentia et
diuturnitas Contra primum opponitur
passio Christi que fortior est ad dissol
vendum quam peccatum aliquod ad Job
ligandum Job vi Utinam appenderentur
peccata mea quibus iram merui
et calamitas quam patior in statera
quasi arena maris Contra secundum
Jeronimus / de penitentia distinctione Jeronimus
iii Septies cadit iustus et resur
git etc. et infra non solum sep
ties sed usque septuagesies septi
es delinquenti si converterit ad pe
nitentiam peccata donantur cui plus
dimittitur plus diligit etc. et ca
adhuc instant et Respice supra
eadem parte prima dicta ubi de vi…
spe / Contra tertium ps. misericordia
ab eterno et usque in eternum super
timentes eum Item quantumcumque homo
peccator conversus fuit etc. Item Leo Leo papa
papa penitentia que dilata est tamen studio
sius petita fuit non negatur
ut eo modo ad indulgentie medici
nam anima vulnerata perveniat
Item Augustinus exponens illum Augustinus
versum psalmi Non me demergat aque
neque absorbeat me profundum
neque urgeat super me puteus os
suum aut sic Puteus est profundi
tas humane iniquitatis in qua
si decideris non claudet super te os suum
si tu non claudas tuum Confitere
ergo et dic De profundis clamavi
ad te domine / et evades et Re
spice de hoc supra eodem parte quod
dicitur qui in fine ita principium
Item contra secundam desperationem
scilicet perseverandi post veniam ob
tentam opponuntur tria remedia primum
hostis debilitas secundum vi
gor proprius ex gaudio libertate
armatura et societate / tertius
item ipse Deus illuminans protegens
et salvans De primo debilitas
est hostis qui non potest vincere


nisi valentem primo lecto demoni
non potuit intrare in perpetuum portam
in promissa a domino. Unde Ysa.
Ysa. in persona hostis ad animam. Item nunc
ut transeamus. Resistite ergo diabolo
et fugiet a vobis. Destituendo scilicet
delugere scilicet quod maior maxima
accipitur et mittitur cum quo iam
sit deposito peccati pondere. Animus
gaudens etatem floridam facit
spiritus vero tristis desiccat ossa. Item
secura mens quasi iuge convivium
omnes dies peccatoris mali. Item
cum quis de cathena et servitute
diaboli eripitur in libertatem filiorum
dei quod fit quando pharao cum
omnibus egyptiis submergitur in
mari rubro id est in amara aqua
lacrimarum rubricata per memoriam
passionis xpi. Item quia primo
inermis, modo armatus armatura
dei. Apostolus ad ephesios. Induite
vos armaturam dei ut possitis stare
adversus insidias diaboli quia
non est nobis colluctatio adversus
carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates adversus mundi rec-
tores tenebrarum contra spiritualia nequicie
in celestibus etc. Stare ergo succincti
lumbos vestros in veritate et induti
lorica iusticie et calciati pedes in pre-
paratione evangelii pacis in omnibus
sumentes scutum fidei in quo pos-
sitis omnia tela nequissimi ignea
extinguere et galeam salutis
assumite et gladium spiritus quod est
verbum dei etc. Item ad thessalonicenses
Ad thessalonicenses v. Sobrii simus induti lorica
fidei et caritatis et galeam spei
salutis. Item quia primo solus
modo associatus exercitui omnium mi-
litum qui sunt in ecclesia et omnium
sanctorum angelorum qui sunt in celo
[illegible] Judith xv
Judith [illegible] assyrii non adunati in
fugam ibant precipites filii
autem israel uno agmine persequentes
declinavit debilitabant omnes
quos invenire potuerunt. De-

tercio psalmo. Dominus illuminatio mea
et salus mea quem timebo. Do-
minus protector vite mee a quo tre-
pidabo. Item Job. Libera me domine
et pone me iuxta te et cuiusvis
manus pugnet contra me etc.
Apostolus ad Romanos viii°. Si
deus pro nobis quis contra nos.
Cum igitur hostis in tantum sit de-
pressus et tu sis multum ingra-
tus noli desperare, sed iacta su-
per dominum curam tuam et ipse te enu-
triet. Possent tamen alia etiam quedam alia
impedimenta scilicet levigatio proprie
culpe cum aggravatione aliene contra
hoc Salomon. Pondus et
Salomon pondus mensura et mensura
abhominabile est apud deum.
Item consideratio culpe maiorum
et maxime prelatorum contra quod
ecclesiasticus sicut primus homo imita-
bit correctorem et iuxta volun-
tatem inveniet et comparationem.
Item multitudinis delinquentium
simul consideratio contra quod
Augustinus: non ideo minus arde-
bunt quia cum multis arde-
bunt. Item consuetudo peccandi
contra quod Respice sunt de-
[illegible]. Item contra viciorum
consuetudines. Item superbia cordis
contra quod exemplum phariseo qui ait
Non sum sicut ceteri homines etc. Item
delectatio peccati quod spiritualiter habet
locum in luxuria et gula contra
hoc dicitur. Compungere ...
ta misericordie ut sic etc.

Expedites iam per dei gratiam
non per me sed potius per ora-
nes sanctorum et multa varia negocia
merentes articulis ad presens in-
dicium et multa conclusa perme-
tibus donec dominus ut omnes
et singuli per hanc portam
angustam intrare iuxta consilium
domini contendamus. Hec enim
fenestra quam dominus iussit

in archa fuerunt germinis non introierit
Ieron per eam peribit regnante diluvio
Hec est etiam ut ait Jeronimus
secunda tabula post naufragium sine
qua primam baptismi tabulam
deserentes per culpam nullo modo
poterunt pervenire ad portum
Ingrediamur ergo archam per
hanc fenestram festinantes ap-
prehendamus hanc tabulam et
apprehensam fortiter teneamus
quoniam non qui incepit sed qui per-
severaverit salvus erit Confirmet
fortes manus nostras ut in ihesum intuentes
ihesum christum regem regum et sa-
cerdotem magnum demum et ultimum
qui semel ascendens crucem
noluit ultra descendere sed mea
pro salute mea animam posuit nobis
relinquens exemplum ut constanter
per varias pressure angustias et
labores necnon si necesse fuerit per
ignominiam passionis sequamur
christum ad gloriam resurrectionis et
confessionis cantilenam merea-
mur audire in die domini dulcem
et ineffabilem iocunditatis vo-
cem illam Venite benedicti patris
mei percipite regnum Amen





vō ainez zūsehen

...ych nemē den priest von dem pfaltz ...

[illegible]

